COLLECTIO

EPISTOLARVM

QUAS

AD

VIROS ILLUSTRES ET CLARISSIMOS

SCRIPSIT

CAROLUS A LINNÉ.

ACCEDUNT

OPUSCULA

PRO ET CONTRA

VIRUM IMMORTALEM SCRIPTA,

EXTRA SUECIAM

RARISSIMA.

EDIDIT

DIETERICUS HENRICUS STOEVER,

PHILOS. DR. ET LL. AA. M.

HAMBURGI,

IMPENSIS B. G. HOFFMANN.

MDCCLXXXXII.

R14705

VIRO

SVMMO ET ILLVSTRI

PETRO FRIDERICO SVHM

CLAVIGERO

OMNIVM LITTERATISSIMO, HISTORIOGRAPHO
DANIAE REGIO,

SOCIETAT. REG. AD HISTORIAM ET LINGVAS SEPTENTRIONIS EXCOLENDAS PRAESIDI, SOCIETAT. REG. SCIENTIARVM HAFNIENSIS, SOCIETAT. AD STVDIVM GENEALOG. ET ART. HERALD. PROMOVENDVM, ACADEM. SCIENTIARR. HOLMENSIS, SOCIET. NIDROSIENSIS, EBRODVNENSIS ETC. SODALI ETC.

MVSARVM
RERVMQVE PATRIAE FAVTORI INCOMPARABILI,
HISTORICO
IN GENTE SVA LONGE EXCELLENTISSIMO,
GENEROSO QVONDAM LINNAEI AMICO,
ANIMVM REVERENTEM ET ADDICTISSIMVM TESTATVRVS
LIBRVM HVNC INSCRIPSIT EDITOR.

LECTVRIS

S. P. D.

DIETERICVS HENRICVS STOEVER.

Vitam *Linnaei* memoriae tradere quum occupatus ſtudioque commotus eſſem, fontes memorabilium adire et conſulere quos poſſem omnes, contigit, ut cum plures Viri immortalis litteras, tum ea, ni fallor omnia colligerem, *) quae vel ad oppugnandum, vel ad defendendum merita atque dogmata popularis ſui, omnium in litteris per hoc et cuncta retro ſaecula ſummi, ſingulis libellis a *Suecis* adhuc ſcripta ſunt. Lingua autem latina, qua uſi ſunt auctores et increſcens nimiumque incongruens, licet non adeo magna moles collectorum impediebant, quo minus vitae ipſi, germanice ſcriptae, adjungerem. Statui ergo, ſeor-

 ſim

*) Excipias, ſi placet *Io. Browallii*, epiſcopi poſtea Aboenſis, Examen epicriſcos Siegesbeckianae in Syſtema Linnaei Sexuale, Aboae 1739, 8. et recuſ. Lugd. Bat. 1743. Oratio ceterum ab Ill. A Baeck, in conſeſſu Academiae Holm. coram Rege in memoriam Linnaei habita hisce ſcriptis non annumeranda, neque etiam defenſio Linnaei contra iniqua et praecipitata judicia Cl. *Vicq' d' Azyr*, Pariſienſis, quam egregie ſuſcepit Cl. *Bloom*, ephemeridibusque Suecicis: Samling af Rön och Uptäkter uti Phyſique &c. Gothoburgi, 1781, inſerendam curavit.

sim edere, quum sperarem, collectionem, huju quidem generis primam, orbi litterato nominisqu et systematis Linnaeani amatoribus, quorum tanta e copia, non injucundam fore.

Nata autem est haec collectio, magna ex part eaque praestantissima, liberali benevolentia et amic voluntate Virorum Illustrium et Clarissimorum, qu bus gratias publice ago sollemnes, quorumque in lau dem plura hic dicturus essem, nomina si jam non ip sa laudes continerent. Ex his vero inprimis mihi no minandi sunt: Dr. *C. P. Thunberg*, Eques Ordini Vasae, successor Linnaeorum omnium dignissimus Dr. *P. D. Giseke*, Prof. Hamburgens. fama et mer tis quam maxime insignis, *E. C. Schulz*, observato naturae egregius, Argus inprimis lapidum, *Fr. Ehr hart*, inter Botanicos excellentissimus atque celeberr mus et Dr. *O. A. Knös* Upsalienses, Vir et extra pa triam ob doctrinam egregiam et praeclarum studium quo historiam litterarum resque patrias illustrat, laud tissimus. Horum priores litteras Linnaei ad se datas et posteriores Ille *Wallerii* et Cl. *Hedini* Dissertationes Hic epistolam Linnaei ad Academiam Scientiarum Re giam Parisiensem & Orbis Eruditi Iudicium de C. Lin naei Scriptis, liberali et humano quo utuntur animo mecum communicaverunt.

Ad Epistolas *Linnaei* quod attinet, vellem earu plures congerere potuisse. Posthuma ejusmodi casti ganda in iisque delenda esse, quae laedere ullum ac huc viventium, vel odio et incommodo qualicunqu esse possint, quis paulo aequior non concedet, qui non et consultum et necessarium putabit? Verum est haec lex! Difficultates hic illic levantur, at quantu abest, ut omnino tollantur! Prohibente, dicamne stu dio secreti, an nimia modestia, an demum amore e ga manuscriptorum pretia & argumenta singulari, re

tinei

tinentur, quae in honorem virorum, inque usum scientiarum retinenda quidem non videntur. Alii interea, quos proditum est, litteras a Linnaeo accepisse, vel omnino non acceperunt, vel unas nonnisi seu alteras, quas non adeo dignas putarunt, publice quae legerentur.

Epistolis *Linnaei* manu scriptis & reliquis non potui, quin ob argumenti memorabilia et sylloges ratione ita postulante adderem illas, ad *A. Hallerum* datas, ex tribus prioribus epistolarum ad hunc scriptarum voluminibus collectas & in ordinem temporis redactas. Piget, nec est hujus loci repetere copiose, quae cum in bonam, tum in malam partem de editione latinarum ad Hallerum litterarum dicta sunt & etiamnum sentiuntur. Collectionem esse observationibus rebusque scitu dignis refertissimam historiaeque nostri aevi litterariae egregie inservire, omnes consentiant oportet. Falce autem severiori et acutiori resecanda fuisse, quae familiariter judicata vel exposita et in sinum quasi amici deposita fuerant, aeque inter justiores omnes convenit.

„Ex Linnaeanis Epistolis, in praefatione ait immortalis ille sui aevi polyhistor, apparet, quam non invidus in virum fuerim, etiam quum suis objectionibus me lacessivisset, neque displicuit mihi, injustam accusationem re ipsa et proprio Linnaei testimonio refutare. In iis epistolis immutata reliqui omnia, neque vitia aliqua styli, ex properatione nata, emendavi, quae nolim Clari Viri laudibus detrahere quidquam.„

Huic judicio opponere libet, quae Vir Suecus quidam celeberrimus *Holmensis* anno praeterito hunc in modum ad me scripsit:

„Melius et nobilius, me quidem judice, egisset illustris Hallerus, si vitia illa styli in epistolis Linnaei

a se editis emendasset, resque illas, confidenter et familiariter perscriptas, exclusisset. Mirandum inprimis, epistolam 186 (Epistolae ad A. Hallerum, Vol. I. p. 413 — in hac collectione decimam) vivente adhuc Linnaeo editam fuisse. Certe huic invidum ad finem usque vitae permansisse Hallerum, ex talibus indiciis concludi posset, quidquid et in Praefatione Epist. Vol. I. contra dicat. Quantis laudibus Linnaeum saepius extulerit, vel ex *Orbis eruditi Iudicio*, scripto Linnaei rarissimo, quod quondam vidi & comparare frustra studui, patet, et plura patebant, si quando ineditae Halleri ad Nostrum epistolae prodierint. *)

„Quali animo seriore praesertim aetate in Linnaeum fuerit, testimonio sunt litterae plures ad Nostratium nonnullos celeberrimos ab ipso scriptae. Omnium instar, quarum inspiciendarum & legendarum mihi copia fuit, unicas commemorasse sufficiet, ad amicum desideratissimum, Illustrem Archiatrum et Equitem Nicol. *Rosén a Rosenstein* Gottingae d. 25. Maji 1747. datas; in his praeter alia haec leguntur:

„*Linnaeo, nuper per litteras se purganti, sed ita,*
„*ut mallem abstineret purgatione, has litteras trades, for-*
„*te, nisi ad amiciorem sensum redibit, ultimas. Multum*
„*ipsi tribui, peperci erroribus, famam auxi: non inve-*
„*nio, eum meae comitatis fructum, quem sperare pote-*
„*ram. — — Edam deinde Germanicae florae Prodro-*
„*mum, in quo de Linnaeo ita agetur, ut interim de me*
„*merebitur. Laboriosus certe homo est et naturae cupi-*
„*dus, hinc mihi carus, sed cujus mores mecum nescio quid*
„*inaequabile habent et inconstans et asperum.*„

„Magni

*) Et prodibunt aliquando, uti affirmare licet ex litteris a Viro Cl. *I. E. Smith*, M. D. Londinensi ad me datis.

„Magni ſemper faciebat *Linnaeus Hallerum* et amicitiam ejus; alioquin ſe illi purgare tantopere non ſtuduiſſet. *Tentavi Tuam obtinere gratiam* ſcripſit (die X. April. 1747) *ſi ſit in humana poteſtate; in praefatione Florae Ceylanicae dixi de Te, quod de nullo alio &c.* Res haec eſt. Quamdiu Hallerum unice ſummis laudibus extulit Linnaeus, ſingula ſe bene habebant, et par pari reddebatur. Noſter autem in prima editione Florae Suecicae aperte libereque profeſſus erat, ſe in quibusdam momentis, non conſentire cum Hallero. Hinc illae lacrimae! Non multo poſt hic accuſare coepit Linnaeum, et utut ſe excuſaret, rupta et ſublata fuit ab Hallero ſincera, quae antea fuerat, amicitia. Interim in *altera* editione Florae Suecicae delevit Linnaeus, quae Hallerum offenderant. Gloriae maxime cupidus erat uterque, ſed candidus erat *Linnaeus*, neque aliis viris eruditis obtrectare ſolebat, dummodo ſibi ſua non inviderent merita; de incrementis ſcientiae valde ſollicitus, a controverſiis ita abhorruit, ut ne laceſſitus quidem unquam reſponderet. Annon plura, quam par erat, a Linnaeo poſtulaverit Haller, an non retorquenda in ipſum, quae culpae vertit Linnaeo, Tibi — judicandum relinquo; meum enim non eſt, tantas componere lites! —„

Extra muros ita peccabatur et intra; nec jam dubium erit, quanam parte levius vel gravius. *Linnaeus* quum amice admonuiſſet *Hallerum*, abſtineret a bello, quod ex diverſitate ſententiarum de cauſſis et mechanismo reſpirationis natum, acerrime tunc gerebat cum *Hambergero*, Ienenſi, arma mox ſibimet ipſi vidit illata. Aucta enim ſimultate et diſſenſione ſponte, vel quod rectius quidem credideris, monitu, in arenam deſcendit *filius Halleri*, pugil juvenis ſupplantare & evertere conatus gloriam et doctrinae fundamenta veterani longe probatiſſimi, ejusdemque, quum inter ſuos numeraverat ſummisque ſaepius laudibus extule-

rat pater. Qui quidem impetus, etsi succeſſu careba odii tantum erat documentum et ita aegre ferebatu ut omnis uſus familiaris commerciumque litterarun Linnaeo quod ultra decennium interceſſerat cum Ha lero ex eo tempore ſublatum fuerit.

Praeter *Hallerum* & Ill. *de Murr.**) quantum equ dem memini, non niſi duo Viri, in terris Europae r motiſſimis viventes, litteras Linnaei ad ſe datas pub ci juris fecerunt, *Luſitanus* alter, alter *Hiſpanu* Quarum collectionum quum vel titulos parum inn tuiſſe credendum, non injucundum fore ſpero, eos h legiſſe.

Florae Luſitanicae et Braſilienſis Specimen, et Ep ſtolae ab eruditis viris, Carolo a Linnè, Antonio Haen etc. ad Dominicum Vandelli ſcriptae. Conimbr cae; ex typographia Academico — Regia; 1788. 4to. (Epiſtolas Linnaei, Patris et Filii, contin XXII.)

Colleccion de *Cartas* (Epiſtolarum) de D. Greg rio Mayans i Siscar R. P. F., Martin Sarmento, Andrès Mayoral, Arzobispo de Valencia, et Sen Plüer, Doct. D. Ioſef. Fineſtres, el mejor Iurisco ſulto de Europa, i los Señores: Scheidemburg, Vé ger, Visme, Goeſſel, Hope, Baron de Haller, *Lin neo*, Bergio, de Murr, Schreber, Baier etc. a *Ca devila*, (Profeſſor Real de Botanica, Socio de la Re Sociedad de las Ciencias de Gottingen &c.) y de eſte aquellos. En Madrid, 177 . . .

*) Epiſtolas Linnaei ad ſe et *Io. Miller*, (auctorem ce berrimum operis ſplendidiſſimi: Illuſtratio Syſtema ſexualis) datas, edidit in tom. VI. diarii laudat: *Jo nal zur Kunſtgeſchichte und allgemeinen Litterat* Norimb. 1780. p. 274-281.

De sermone Linnaei latino uberius jam exposuimus in vita ipsius: *Leben des Ritters Carl von Linné*, u. s. w. Hamburg. 1792. 8. *Malo*, amicis dicere consueverat, *tres alapas a Prisciano*, *quam unam a Natura*. Nec profecto erat, quod ob neglectam latinitatis puritatem atque elegantiam carperet ipsum *Wallerius*, *quippe qui parum* immo minus esset versatus in societate Musarum Romanarum. Linguam ceterum technicam toto quasi coelo ab oratoria differre neque lepores verborum sectari, neque comtam & magnificam esse posse, sed virtutes ejus in eo potius consistere, ut apte, distincte et perspicue res denotandas exprimat, quis ignorat? His autem juste ponderatis, quis paulo aequior erit, qui non consentiat in collaudando Linnaeo, de lingua Botanica reformanda tantopere demerito.

Fatendum autem, candide et rectissime judicat Vir inter Nostrates inclytissimus, *) magnum hunc virum, *Linnaeum*, utique magna cura id praestare studuisse, ut quam paucissimis verbis characteres rerum naturalium exprimeret, ideoque vocabulis usum fuisse, quibus semper constanterque eundem sensum tribuere solitus erat. Latino vero usus est sermone, ut ab omni Europa intelligeretur; praeterea hisce vocabulis connexis non castae, pulchrae elegantisque latinitatis specimina dare sibi propositum habuit, dummodo brevis esset et ab omnibus intelligeretur. Illi igitur, qui immortalis Viri vestigiis insistunt, utique dum scientiae pomoeria proferre cupiunt, ad id intendere necessarium habebunt, ut eadem methodo, iisdemque vocabulis adhibitis eum, quantum fieri licet, sequantur. Et quum in hac eruditi-

*) V. Praefat. ad *Io. Reinh. Forsteri* Enchiridion Historiae Naturali inserviens, Halae, 1788.

ditionis parte quotidie nova in lucem proferantur, quae Romanis videre nunquam contigerat, quaeque ne auditione quidem comperta habuerant, utique de novis rebus nova vocabula sunt adhibenda, quorum magna pars apud bonos latinitatis auctores nunquam reperiri potuit, quaeque necessario aliena & peregrina, i. e. barbara esse debet. Aequi ergo judices magno immortalique Viro, *Carolo a Linné* patri, optime de Historia Naturali merito et aliis condonabunt, quod minus bene latinis vocabulis in adumbrationibus Historiae Naturalis uti necessum habuerint.„

Ad reformationem adversariosque Linnaei quod attinet, excerpere hic mihi liceat verba aliquot elogii, quod stylo lapidari conscriptum edam aliquando, tanti Viri manibus si non indignum fore persuasum habuero. En Tibi specimen!

Gallico. Sidere. *)
Hesperi. Instar.
Tremula. Incerta. Iam. Luce.
Micante.
In. Tenebris. Naturae.
Exsplenduit. Nova. Aurora.
Iuvenis. Sex. Nondum. Lustrorum.
Lutherus. Naturae.
Fidem. Botanices. Catholicam.
Sectasque. Minores.
Acriter. Adortus.
Vi. Rationum.
Falsa. Inepta. Barbara. Demonstrans.
Meliora. Tradens.
Linguam. Condens. Sine. Pari.
Masculam. Laconicam.

Quot.

*) Tournefortio.

Quot. Verba. Tot. Pondera.
Sudans. Algens.
Vt. Botanicorum. Saperet. Orbis.
Vt. Regeret. Ipſum.

* *
*

Non. Sine. Zoilis.
Attoniti. Novo. Solone.
Indignantes. Edoceri. Dominari.
A. Iuvene.
Tacti. Livore.
Laeſa. Auctoritate.
Partim. Sine. Nomine. Tantilli.
Coeci. Boreali. Sine. Lumine.
Heroſtrati.
Coloſſum. Roſuri.
Telis. Petiere. Gravibus. Ridiculis.
Dictis.
Vana. Noxia. Auctoribus. Ira.
Vi. Sua. Niſus. Sapiens.
Sprevit. Ignobile. Vulgus.
Alta. Mente. Silentio.
Victrice. Cauſa.
Fama.
Pervagante. Terras.
Decernente. Triumphos.
Novas. Stabiliente. Leges.
Queis. Obtemperavit.
Omnis. Sanior. Aequior. Orbis.

Sed haec hactenus. Iuſtos ne praefationis fines excedam, ut rectius intelligantur ſcripta, quae litteras excipiunt, tribus verbis addo, *Wallerium* quum ſcriberet diſſertationem contra *Linnaeum*, hujus competitorem fuiſſe ad Medicinae Profeſſionem Upſalienſem, morte Robergii tunc vacuam, eamque ſcripti-

uncu-

unculam, non nisi ira et studio conflatam, ansam praebuisse Linnaeo, orbis eruditi Iudicium de scriptis suis edendi. Quod pauciſſimo exemplarium numero impressum, inter scripta Viri immortalis longe rariſſimum et extra Sueciam numquam fere lectum esse, jam non est, quod multis moneam. Si qui forte errores typographici in librum irrepserint, lectores rogatos volo, culpam ne imputent editori, cui ob remotum loci impressionis situm specimina plagularum neque corrigendi, neque revidendi fuit opportunitas. Ceterum, jucundiſſimum operae erit praemium, si edendae collectionis consilium Lectoribus eruditis probari intellexero. Valete. Dabam *Altonae*, die VIII. Mart. MDCCLXXXXII.

EPI-

EPISTOLAE

CAROLI LINNAEI

AD

ALBERT. HALLERVM.

EPISTOLA I.

Annus jam volvitur *tertius* ab eo tempore, quo celebre Tuum nomen ex *Commerciis Literariis Norimbergicis* *) didiceram; placuit ibi descriptio Androsaces**) mihi adeo, ut nihil magis Te nosse in votis habueram. Cum prima vice 1735. Belgium intrabam, Te una cum *Gesnero* ***) in conscribendo synopsin plantarum Helveticarum occupatum percepi; ante dimidium vero annum ex *Anglia redux* Te publicam *Botanices Professionem* suscepisse summo cum animi gaudio cognovi, quo munere ut felix fungaris, est, quod ex animo Tibi adprecor. *Lugduni* cum ante dies non ita multos Hortum Botanicum visitarem, apud Cl. *Royenum* Tuam de methodico studio Botanices absque praeceptore inauguralem vidi dissertationem †), eamque quam citissime pervolvi; placuit haec mihi adeo, ut a Te precibus vel pre-

*) Edebantur ab anno 1730 usque ad 1745 in XV. Voluminibus.

**) In volumine secundo, 1731, pag. 380. seq.

***) Joannes Gesnerus, *Tigurinus*, intimus et senior quondam amicorum Halleri, natus 1709, mortuus die sexto Maii 1790.

†) Gotting. 1736. 4.

pretio quocunque eam efflagito; reddam quemcunque a me desideras, si potero, librum. Si quae ex meis opusculis Tibi arriderent, transmittam lubentissime, modo sciam, qua ratione minus Tibi incommodo, an per currum publicum? Si quae ex *Horto Cliffortiano* Tibi placerent plantae exoticae, primus qui habebit, Tu eris, promitto.

Video Te occupatum in condendo classes naturales; utinam absolveres et cum publico communicares! Laboravi et ego in hisce diu, adhuc licet operi impar, puto tamen me habiturum fragmenta plura quam multi alii, sed et multa restant; an unquam expedienda haereo. Didici certe, Bacciferarum classem nullam esse. Quod e *staminibus* et pistillis nullum profluat systema naturale, ambabus Tibi largior; *assumsi ego hanc methodum tamquam succedaneam, utque excitarem viros curiosos ad examinandum has partes fructificationis, tam viles et fere nullas antea habitas*, cum ordine alphabetico scribere mihi displicuit omnino; habebit et suum usum harum partium notitia, licet pro classibus non absolutum. *Anblati* flori octo adscribis stamina; ego anno 1728 semel reperi plantam, nec ab eo tempore unquam, in ea tamen me modo quatuor reperisse memini; quaeso, si erraverim, me commonefacias (utique quaterna sunt.)

Sub prelo sudat mea *Critica Botanica* 8vo et *Hortus Cliffortianus* in fol. *Genera* mea absoluta fuere circa initium anni; si Tibi arrideant, curabo ut habeas. *Flora Lapponica* hac hebdomade absoluta fuit, quam Societatis Reg. Scient. Sueciae inclytis membris consecravi. Incurrebam in ea istos errores cum vulgo Botanicorum, quos evitare potueram circa Synonyma C. Bauhiniana, si prius Dissertationem Tuam vidissem. In *Horto Cliffortiano plantam Africanam, a celebri Tuo nomine dixi;* utinam Tibi non displiceret, quod revocari facile nequit, cum dudum impressum sit. Accepit et ante annum quidam amicus plantam a Cl. *Gesnero*, *Stachelinam Halleri* dictam; optarem scire, ubi descripta sit, et quae a Te antea prodiere, cum ad

ad nos ea etiamnum non pervenere. *Ludwigii* Definitiones genericas ſudare percepi; methodo Riviniana incedit. *Siegesbeckii* diu promiſſum *Hortum Petropolitanum* etiamnum non vidi; *Martini* decas Vta nuper ad nos pervenit. *Mi helii* fata praepropera doleo. *Sebae* *) Theſauri, quoad partes duas, quae reſtant, vix prodibunt, cum haeredes litigant de crumena et magis ſolliciti ſunt de nummis quam fama beati viri. Cl. *Dillenius* dum *Oxonii* eram ultimam manum admovebat *Phytopinaci Sherardiano*, cujus ferme quartam partem tum abſolverat. (Non prodiit in poſterum.) *Burmanni* Theſaurus Zeylanicus prodiit circa initium anni; *Rumphiani* ſplendidiſſimum opus, ſeu Plantas Amboinenſes in ſe edere ſuſcepit, utinam perficeret. Mea interceſſione Medicus juvenis, natione Germanus (*Bartſchius*) ſpartam medici ordinarii Societatis Indiae occidentalis apud Surinamenſes excepit, a quo et ſemina et plantas omnes Surinamenſes ſpero, ſi ab alio umquam ullo. **)

Si reſponſoriis Tuis me exhilares, mittantur literae *Amſtelodamum* cum inſcriptione: *bey Mr. Georg Clifford*, tum erint mihi certiſſimae. Ut omnia fauſta ſuccedant voveo, Tibi me ter quaterve commendatum habeas. Vale, faveas.

Dabam ex *Muſaeo Cliffortiano* 1737. April. 3.

P. S. Hodie incepit *Muſa* florere, quae et florebat anno praecedenti; ſi non habeas tractatulum, quem emiſi praeterito anno de *Muſa Cliffortiana*, curabo ut habeas.

Pauca verba addam, cum, abſolutis literis, epiſtolam a *Cl. Gronovio* habui, cum incluſis literis *I. R. Iſelii* ad *I. F. Gronovium* datis die 10 Martis *Baſileae*, ubi inter alia haec: „*Ajunt*, *Cel. Hallerum*, *Profeſſorem Gottingen-*

*) Pharmacopola Amſtelodamenſis, collector egregius, obiit 1736, annos natus 71.

**) Non multo poſt adventum fatis immature abreptus eſt.

sem, in animo volvere, contra hanc novam Linnaei methodum scribendi; nescio, an id suo facturus sit commodo etc.„ An famae sit fides, ignoro omnino, cum hac ipsa hora haec accepi. Interim Tecum, Vir celeberrime, pauca loqui velim. Si vanus sit rumor, et veniam des ratiociniis, nullus dubito.

1. Ego prae me fero, quod si potero, Tuam evitare iram, Tua arma: desiderarem a Tuis partibus potius stare, adversarium Tuum esse, odio habeo et quantum potero evito. Sit pax in diebus nostris!

2. Magni Te semper et a prima hora, qua nomen Tuum addidici, maximi feci; nec scio, me unquam turbasse Tuos circulos; cur itaque ad arma provocas? Reddas mihi rationem, cur Tuam malam gratiam contraxerim, et *ut sis satisfactus*, omni nisu curabo; pacem Te petimus omnes!

3. Si nulla alia, quam innocentissima mea *methodus sexualis* sit belli causa, vereor, quod haec sit nimis injusta. Nunquam meam hanc methodum *naturalem* dixi, sed, in Systemate p. 8. §. 12. „Nullum Systema plantarum naturale, licet unum vel alterum propius accedat, adhuc constructum est, nec ego hic systema quoddam naturale contendo, forte alia vice ejus fragmenta exhibebo etc. Interim tamen systemata artificialia, defectu naturalis, omnino necessaria sunt.„ Et: *Genera Plantar.* Praef. §. 9. „Non nego, quin Methodus naturalis et nostrae et omnium inventarum methodis longe praeferri debeat; — interim assumendae sunt classes artificiales et succedaneae.„ Ergo Tuam agnosco methodum, si naturalem condas.

4. Si quos alios in me vidisti errores, *Tu sapientior haec ignoscas.* Quis caruit erroribus in diffusissimo natura constitutus campo? Quis sufficientes habuit observationes? Moneas haec amice, et Tibi grates agam. Feci non coactus quae potui, *nec fastigium summum acquirit vasta arbor, prima qua erumpit tempestate.*

5. In-

5. Innotui Botanicis certe primariis omnibus dudum; me erexerunt omnes, nec meum *insatiabile* discendi naturalia *desiderium* fregit ullus; an Tu hisce omnibus durior? Videris mihi ex Tua Dissertatione magis nobilis, quam ut Te jactares super ignorantiam aliorum.

6. Potes dein commode, absque eo quod me laedas, profundam Tuam eruditionem et intimam naturalium cognitionem cum erudito orbe communicare, et forte gratior omnibus evadere. Evolvas Botanicos omnes, et videbis, eos prima vice, qua prodiere, de arte sua inflatos vix potuisse digitos abstinere (ut forte et ego quondam, quod maxime doleo; meliora didici) at cum per aliquot annos vitam in castris degerint, adeo placidi, sinceri, modesti, omnibusque grati se proposuisse, ut ne verbo quemdam tangerent. Haec mihi causa, quod maxime dubitem de famae hujus fide, cum Te a longo retro tempore inclaruisse novi.

7. Mirum etiam videtur mihi, quod ego Tibi adeo exosus essem, cum fateri debeam, nullius scriptum magis mecum militare, quam hoc Tuum.

8. Ego demum fui, et forte solus, qui absolute secundum istam a Te datam methodum *absque praeceptore ullo, quae novi, addidici;* disco adhuc; ignoscas, quod doctus etiamnum non evaserim; si doctrina Tua methodo comparari queat, spes doctrinae etiam apud me elucet.

9. Dubito tandem, num Tu vel *Professor ullus* commode controversiis sese immiscere queat. Professoris et Docentis primarium est, sibi authoritatem et fidem apud auditores suos conciliare; si videant studiosi, quod et ille quid humani patiatur, quanta clades inde authoritati! Quis fuerit tam doctus et sapiens, qui, dum alios corrigeret, non ipse correctione dignus aliquando evaserit? Semper aliquid haeret. Vidimus exemplum nuper alibi in Professore omnium celeberrimo et ornamento Academiae suae, qui dum

diu nimis in Paedagogos invexerit, tandem a Paedagogo ita fractus, ut num restituatur dubitare licet, certe vix in integrum. Hinc dixit et sapientissimus Medicus, se potius Professionem et Medicinam abdicare velle, quam controversiis publicis se immiscere.

10. Evolvas eristicos omnes et ostendas mihi unicum, qui sua hac arte se gratum reddiderit orbi. *Matthiolus* magnus suo aevo vir exstitisset, si hisce se non immiscuisset. Cuinam gratus Cornarius furens, vel Vulpecula excoriata? Quid *Rajus* vel *Rivinus* suis praeliis expediverunt? Dolet adhuc Cl. *Dillenius*, se ad arma a *Rivino* coactum, nec victoria, quam reportavit, ipsi majorem famam conciliavit. Nonne justam ipsi belli causam dedit *Threlkeld;* sed ille sapientior, qui inter Troes fuit; arma deposita non recepit. *Vaillantius*, quondam *observator summus* studuit sibi viam regiam per cladem *Tournefortii* parare. Nonne ipsi jam reddantur justa praemia; major longe fuisset, si *Tournefortium* non tetigisset.

11. Horreo proelium intrare, *cum sive vincor, sive vinco, tamen maculor. Quis triumphavit absque vulnere? Semper aliquid haeret.* Tempus dein et mihi et forte Tibi ad majora molimina nimis pretiosum est. Sum etiam nimis juvenis ad excipiendum arma, quae suscepta semel, deponi nequeant ante finitum bellum; quod semel inceptum durabit ad mortem. Tamen, quaecunque hoc tempore severe moliantur, *post quinquaginta annos nil erit posteris nisi histrionum fabula.* Ego minus erubescerem, a Te monita recipere quam Tu a me.

En hostem itaque, quem declaras, Tuam subnixe petens amicitiam, quam si ipsi concedas, in eo habebis tam certum amicum, ac unquam sperares adversarium. Video certe Te magis nobilem, quam ut arma moveres in innocentem, nisi ab inimicis meis suasus dubius mihi evaderes. Si vero pacem, quam a Te precibus, conditionibus et rationi-

bus

bus efflagito, obtinere nequeam, esto tamen ea generositate, ut ad me transmittas ipse Tua, dum impressa sunt; ego viciſſim mea ad Te transferri curabo.

Si falsus sit hic rumor, veniam summopere peto, quod hisce Tibi molestus fuerim. *)

Vale. Rescribas. Die 5 April. 1737.

EPISTOLA II.

Gratae, immo quam gratissimae Tuae litterae mihi fuere, in quibus erga me declaras *amicitiam* et *favorem summum;* curabo ut ingratus non vivam. Laetor ex toto animo, quod *vanus erat rumor iste*, cum profecto *Te solum et Dillenium inimicum nollem.* Vos enim eundem legistis *authorem* quem ego; reliquos non curo, qui docti, immo vel si doctissimi essent ex *libris.* Utinam mea officia Tibi usui esse possent; ego ea et me et omnia mea promitto.

Misi cum ultimo die *Amstelliis* degi, meos *Characteres* et *Floram*, per *Waesbergios*, nec dubito, quin ad Te sint perlata. *Floram istam Lapponicam non doctis sed indoctis scriptam esse scias.* Tu fuisti iste Mercurius e coelo demissus, qui in *Gentianis* nodum solvisti et quidem longe feliciori omine, quam unquam speraveram ab ullo mortalium; et ego et totus orbis Tibi gratias debent; utinam idem posses in *Salicibus.*

In *Muscis* nil valet D. *Cliffortius*, *nec ego nec Belga* ullus; nos totos coepit *exoticarum* plantarum amor, praesertim Americanarum. *Me in Muscis ne tironem esse agnosco;* desiderat enim hoc studium integrum Virum, quem in

*) Falsus erat rumor, neque unquam in animum incidit, juvenem bene de re herbaria merentem, in ipsis famae et fortunae suae initiis turbare. Haller.

me hucusque habere non potuit. In Belgio Muſci pauciſſimi, in Succia vero copioſiſſimi. Quaeſo per Deos, ſi quid certi noveris, me inſtruas circa *Sexum* Muſcorum. Video in iſtis ſexus diverſitatem e. gr. in Polytricho, ubi altera capſulam gerit, altera vero planta ſtella terminatur. Quod Lycopodii farina et capſulae ſint flores vix dubito, ſed longe diverſa in his capſulis, quam in Polytricho ſtructura, Marchantia ſeu Lichen polymorphos Dillen. duplici gaudet: fructificatione, altera ſeſſili cum ſeminibus orbiculatis, planis, erectis intra cyatum (quam fructum et ſemina eſſe certus ſum) altera flore compoſito inverſo, pedunculo ſuſtentato, quam fructificationem maſculinam eſſe, neceſſario ſequitur. Si quid certi de Polytricho ſcirem, multa et ſufficienter ſcirem. Tu ſcribis, farinam Muſcorum eorum eſſe ſemina, ſi modo Te recte intelligam; an experimenta inſtituiſti? (Inſtituerat Staehelinus.) Farina muſcorum, viſa microſcopio, ad farinam antherarum in aliis plantis accedit omnino.

Si Hortus apud Vos (Göttingae) inſtruatur, utere quaeſo occaſione, quam Tibi offero per *Cliffortium*, a quo et a cujus horto poſſis habere plures plantas, quam ab alio ullo, quem novi in orbe; Tibi non obulum conſtabunt, ſed nonnullos lapides ſi habeas, in quos nunc totum eius deſiderium.

Mea opuſcula, quae habeo, lubentiſſime communicabo, utinam Tibi lectu digna; nec credas, me adeo ſtupidum natum, ut a Botanico inter primos pro iſtis pecunias ſumerem; habeo omnia, excepto *Syſtemate trium regnorum Naturae*, quod venale proſtat apud Gronovium. Burmanni Theſaurus Zeylanicus horrendo pretio venditur 15 vel 16 Florenorum; nec Tibi placiturus certus ſum.

Muſa, quae floret in horto noſtro, duplo major eſt praecedenti et duplo majorem gerit fructificationem. Floret et apud nos *Benzoë* hoc tempore, quae calycem gerit ſeu involucrem ut Cornus, ſed flores dein Lauri.

Audi-

Audivi, quod aliquid edidiſti circa plantas Alpinas, ſed neſcio titulum libri, locum, tempus. Quando liceat, Tuas videre obſervationes Tuumve opus magnum? — Summas gratias ago pro exemplaribus iſtis 13 Diſſertationum; ſcribo hodie ad *Jac. Renier*, ut ea mittat cum quocunque velit mercatore *Amſtelodamum* ad D. Reuſs vel Cliffortium, qui ambo amici ſunt.

Nulli ſunt in *Belgio*, qui *genera* curant, *praeterquam ego ſolulus inter prophetas*; *Gronovius*, *Burmannus* et *Royenus* de ſolis ſpeciminibus ſiccis ſolliciti ſunt, licet *Royenus* jam incipiat parum examinare genera. D. *Boerhaavius* ſolas *arbores* amat, earumque varietates magis quam diſtinctas ſpecies. *Albinum* totum tenet *anatomia*. *In Anglia nullus eſt, qui genera curat vel intelligit praeter Dillenium. Raudio* ſufficit, ſi in ſingula planta unicum habeat ſynonymon, et *Millero*, ſi plantas *Americanas* vivas vel ſiccas obtinere queat. *Martynus* eſt facilis vir, ſed minus de Doctrina ſcrupuloſus. In Suecia nullus eſt Botanicus, praeterquam Ol. Celſius, primarius Theologiae Profeſſor, qui absque generibus plantas amat, et muſcos ſedulo quaerit. Rudbeckius enim decrepitus eſt.

Si quid noviſti de *Liquidambra*, quam alii retulere ad Acerem, quaeſo et communices; fructum habeo, florem vidi nunquam. Vereor, quod *Palmaria Muntingi* ſit eadem arbor florens. Si inter Tua ſpecimina ſicca habeas florem *Celtidis* vel *Tribuloidis* Tournefort, vel *Globulariae* Tournef. vel *Aphyllantis* Tournef. quaeſo communices unicum floſculum, ut ſtamina et piſtilla videre queam. Salicorniam Tournef. ſemel florentem vidi, unicum ubique ſtamen obſervavi, num piſtillus in eadem vel diverſa planta ſit, me latet; ſi quid de ea noviſti, communices precor.

A *Capnorchide* Boerhaavii nuper didici affinitatem ſummam *Fumarias Hypecoum* et *Epimedium* intercedentem; caveas itaque, ne has in claſſe naturali diſtinguas. Sic ad

eandem claſſem pertinent *Papaver*, *Argemone*, *Glaucium*, *Chelidonium*; *Rocconia*, *Sanguinaria*, *Anapodophyllum*, Chriſtophoriana; at characterem has includentem dare difficile eſt. Sic et *Mirabilis*, Plumbago, Verbaſcum, Hyoſcyamus, Nicotiana, Belladonna, Mandragora, Solanum, Capſicum, Alkekengi, item Ahovai, Cerbera, Rauvolfia, Vinca, Nerium, Cynanchum, Stapelia, Aſclepias, Periploca, Ceropegia, Apocynum, Plumeria, Cameraria, Tabernaemontana. Ad Aſperifolias abſolute ſpectat Tournefortia noſtra, licet baccifera. Ad Verticillatas Raj. Praſium noſtrum, licet bacciferum ſit.

Conſumo innocentiſſimos meos dies in *Hortum Cliffortianum*, et nunc in Syngeneſia commoror, ſibi admiror *ſummam ſagacitatem Vaillantii*. In iſto Horto varietates reduco ad ſuas ſpecies et nomina ſpecifica (aptiora ni fallor) impono. In *Critica* mea explico Fundamenta Botanices a §. 210 ad 335 et cum exemplis probo; ubi demonſtrare aggredior, *quod tertia pars nominum genericorum mala ſit, praeſertim in* oides *deſinentia Vaillantiana et* Aſtra *Heiſteriana*. *Nomina ſpecifica omnia nego; tempus determinabit.*

Gratias infinitas pro communicatione authorum, ſed in his ſub qua forma prodiit *Zannichelli* de Ipocaſtano? de herbariis vivis etc. quis author ſit? an *Camerarius?* Quaenam ſit planta *Myriophyllum pelagicum*, de quo *Zannichelli* integrum librum ſcripſit, et cujus generis? *Zannichelli* opus *de plantis circa Venetias naſcentibus* nullo modo videre potui; habeat nec quid curioſi, vel bonas obſervationes?

Haltera noſtra eſt *Caprifolium Afrum*, *folio pruni leviter ſerrato*, *flore ruberrimo*, *bacca nigra*. Character ejus generis eſt: *Cal. Perianthium* monophyllum planum, patens, breve, ſemi-trifidum, obtuſiſſimum; lacinia ſuperiore duplo latiori, perſiſtens. *Cor.* Monopetala ringens; baſi globoſa; fauce reflexa ventricoſa, limbo parvo quadrifido

fido obliquo; *lacinia ſumma* longiore, obtuſa, emargina-ta; *lateralibus* brevioribus latioribus obtuſioribus; *infima* acuta breviſſima; omnibus antrorſum flexis. *Stam.* Fila-menta quatuor ſetacea recta, tubo corollae inſerta, corolla longiora, quorum duo proxima reliquis breviora. *Anthe-rae* didymae, ſubrotundae. *Piſt.* Germen ovatum (intra calycem) deſinens in *Stylum* ſubalatum, ſtaminibus longio-rem. *Stigma* ſimplex. *Per.* Bacca ſubrotunda bilocularis. *Sem.* ſaepius ſolitaria.

Plura non licet; debeo enim hac hora *Lugdunum* pe-tere. Feſtinanti calamo ut veniam des, oro. Cura ut va-leas, meque porro ama.

Ex *Horto Cliffortiano*, 1737. Maj. I.

EPISTOLA III.

Tot tantisque me cumulas beneficiis, ut, quo me ver-tam neſcio, et ego aliquando me gratum praeſtabo, ni ni-mis cito moriar. Accepi *Diſſertationes*, *Programma* etc. omnia a D. *Chatelain;* diſtribui omnes Diſſertationes; gra-tes agunt omnes digniſſimas. *Albinus*, dum anto octidu-um hic me viſitaret per diem, Te optime noſſe retulit. D. *Gaubius* etiam. Si ad Te non pervenere miſſa mea per Waesbergios cum curru publico, quaeſo adhuc moneas, et e novo mittam; ſcripſi ad Waesbergios de ea re, cum nec *Ludwigio*, quae eadem hora transmiſi, reddita ſint.

Scias, nullos in orbe majores Bibliopolis eſſe nebulo-nes, iſti nec reciperent, niſi velles exſpectare praemiam us-que dum divenditi ſunt. *Hic in Belgio non magni aeſtima-tur Botanica*, nec a *ſtudioſis*, *nec ab aliis*; ratio clara eſt. Quaeſivi apud aliquos, ſed nullus adhuc haec in ſe ſuſcipe-re voluit.

Vtinam mihi Tua conſtaret methodus; lubentiſſime communicarem, ſi quas haberem obſervationes Tibi dignas.

An

An ſub Diangiis comprehendas et *Pediculares* et *Saxifragias*? Nonne diſtinguas biloculares et bicapſulares? Certe debes. *Diangiae* Tibi erunt, ni fallor, genera omnia in Didynamia Angioſpermia noſtra enumerata; iſta conſtituunt claſſem naturalem, nec excludi debent ulla; dubius tamen adhuc ſum de Selagine et Limoſella; ſed iis addi debent Veronica, Paederota, Clandeſtina, Pinguicula, Lentibularia, Verbena, Collinſonia, an Morina? (an Protea, Dipſacus, Scabioſa, Globularia?) Certe Coris, Belladonna, Mandragora, Nicotiana, Hyoſcyamus, Lonicera noſtra, Dervilla, Mirabilis, Ruellia. Inquiras dein, num ſufficienter diſtinguantur hae a verticillatis; conſidera, quot notae communes cum praedictis habeant verticillatae in calyce, ſtaminibus, petalis, piſtillis, eorum figura, ſitu, ſtructura, quibus differunt ab aliis in univerſum omnibus, an conveniunt cum diangiis; dein, num unica nota diſtinguens ſufficiat reſecare, quas tot connectunt; conſidera verbenas et alias, quae conjungunt has claſſes. Loquor Tecum, ut cum Botanico, qui ſolas claſſes naturales quaerit. An ab his Valerianae ſeparandae? Perpendas Valerianellas. Vellem certe videre, quo Salicarias referas? an ad Caſſias, Bauhinas, Siliqueſtra?

Dum Tu vides, ego me coecum fateor. Perplacet obſervatio de Clathroide; doleo, me non examinare potuiſſe minima: gratiſſima eſt obſervatio de Farina equeſtri elaſtica. Ego nil ſcio in imperfectis. Num ſint ſemina vel farina antherarum quae video, me neſcire fateor; dehiſcit capſula Equiſethi exacte, ut anthera. Taxi flores duplices, quos Tournefort recenſuit, non vidi. Quid ſibi velit genitura abſque ovo, non capio; ergo nec theoriam *Dillenii* de farina antherarum absque piſtillo. Farina iſta in Marchantia mihi non videtur antheris conſtare, omnis anthera dehiscit, nec credo unquam, quod farina iſta ſit ovum, ſed genitura, cum iſti corbiculi in calicibus certo certius creſcunt et ſeminum vices gerunt. Si in Marchantia orbi-

orbiculi isti vera semina, utique et peltati et radicati ac pedunculati isti calices masculinos proferunt flores, et flava ista corpora antherarum ferina erunt, si hoc in Lichene, annon idem in Muscis proprie dictis?

Burmannus adhuc aegrotat. Columna hic non haberi potest; emitur horrendo pretio in auctionibus si prostet, uti praecedenti anno. Si in Sueciam pervenero, forte Tibi Columnam comparare possum. Cliffortius ipse Columnam non habet. *Caesalpinum* reperire non potui; *ille mihi maxime placet, eiusque breves descriptiones, quibus discedit ab omnibus aliis, tamen semper habet aliquid singulare.*

Bacciferas absolute expunges. Vides calycem baccam in Moro, Morocarpo, Ephedra; receptaculum annulare in Taxo, receptacula communia in Fragaria; item et in Rosa NB vides, Baccam siccam in Ulmo, Amygdalo, Iuglande, Strobilum in Anona &c. Filago ab Elichryso certe nullo modo distingui potest a sano. (*Distinxit postea Linnaeus.*) Hieracium ab Hieracoide dubius fere sum. Si Taraxacon, Hieracium, Hypochoeridem distinguas, et Hieracioidem distinguere potes, si vero has omnes conjungas, non paradoxon introduceres. Ego sub Jaceis comprehendo Centaurium majus, Cyanos, Calcitrapam, Calcitrapoides, Rhaponticon, Rhaponticoides, Amberboi etc.; uno verbo omnes, quae gaudent radio sterili, cum calycis figura nunquam limites admittat, et corona seminum falsissimas det divisiones. Classe a Carduis distingui absolute non debent, cum tam prope accedant, ut vix distingui queant. Carduus galactites I. B. flore gaudet Jaceae. Cynarocephalarum genera omnia in *Vaillantio* bona sunt, nec unquam genere naturali distingui debent, excepto Xeranthemo, quod ad Elichrysa propius accedere mihi videtur. Petasites, Cacalia, Elichrysum, Conyza, Eupatorium, Senecio, Absinthum, Artemisia, Santolina, Abrotanum, Gnaphalium, Tanacetum, cum radiatis misceri debent, Carlina autem a radiatis expungi.

Cur

Cur *oides* diſpliceat? *Quia eſt aſylum ignorantiae.* Botanici recentiores vix alia introduxere nomina, quam in *oides* deſinentia. Adeoque ſi mille mihi oſtendebantur nova genera, modo *addito oides* extemplo nomina omnia abſolverem. Vidiſti forte abuſum apud recentiores: *non amo nomina caudata; caudae obruunt et confundunt memoriam;* e. gr. Alſine, Alſinoides Raj. Alſineta D. Alſinaſtrum Vaill. Alſinaſtroides Kr. Alſinaſtriformis Pluken. Alſinanthenos Raj. Alſinanthemum Kr. — *poſſis haec nomina diſtincte tenere?* Ego non poſſum haec et ſimilia; annon *abuſus?* Cur Rapunculum diangium, et Lychnidem triangiam Rapunculoides vel Lychnideam? Quia genera naturalia ſervanda erunt, nec liceat ob unicam partem differentem novum introducere genus. *Botanicus omnis, qui genus conſtituit, characterem eſſentialem inquirere debet.* Loculamentorum numerus non abſolute diſtinguit genera; vidiſti hoc ipſe in Ruta, Evonymo, Moſchatellina, Orobanthoide etc. Qui defendis claſſes naturales et genera naturalia adhuc magis nullus dubito; minus enim damni adfertur Botanicae ex claſſibus non naturalibus, quam ex generibus non naturalibus. Dein, ſi genera diſtincta ſint, cur non quoque bene diſtinctum nomen, cur non Cerata Prunoidem, Malum Pyroidem &c.? An ſic Veteres? Adeamus regnum animale; dicamus *Anatem Anſeroidem, Cygnum Anſeraſtrum;* vel fingas in regno animali ſimile, ubi praejudicia non vexant. Certe riſum tenere non valui, dum videbam Botanicem quendam conſtituiſſe novum genus ob ſolum nomen Convolvuloidem a Convolvulo ob caulem erectum.

Poſt 14 dies meam *Criticam* mittam; quaeſo interim ſcribas, num mea priora, uti *Genera, Floram Lapponic., Muſam* etc. acceperis vel non; alias mittam ſimul e novo. Scio, Te ab innovatione Nominum eſſe alienum; ſcio, Te proxime ſcripturum contra. (Nunquam in mente habui eriſtica ſcribere, *Haller.*) Videntur mihi Botanici ne tetigiſſe *doctrinam nominum*, adeoque adhuc non incepiſſe tracta-

re

re iſtam Botanices partem. Si colligas omnia nomina generica a Tournefortiano tempore in hunc diem mutata, mille plura erunt, licet inſenſibile introducta; quae cauſa innovationis nominum? Certe nullam aliam concipio, quam quod leges, ſecundum quas confici debeant et defendi, datae non ſint. Omnia nomina ſpecifica falſa eſſe, certo certius eſt; alia certe videbit ſerior aetas. Si ſpecifica mutari debent, cur non et hoc tempore ſimul generica falſa? Authoritatibus ab antiquis receptis nunquam ſubſcribent futuri in libera republica Botanici, cum retineamus nomina ſeſquipedula, Monoſiocallenomonophyllorum, Hyopophyllocarpodendorum, et cur barbara, cur caudata, cur hybrida?

Quantum ex Diſſertatione Tua divinare licet, videris mihi adverſarius Botanicorum, qui varietates pro ſpeciebus obtrudunt. Utinam eſſem, quem vellem; utinam Tecum loqui poſſem per diem! Utinam Te in hoc argumento a meis haberem partibus! cum ſcio, omnes Botanicos alios *mihi adverſarios in hoc argumento eſſe futuros.* Si *Michelii* ſpecies ſunt verae, nec varietates ex maxima parte, certe ego hoc die vellam 5000 novarum ſpecierum exhibere. Philoſophia Botanica neglecta conceſſit hanc phantaſiam Botanicis.

Trollium refers ad Populaginem; debet aſſociari Helleboris; confer nectaria eſſentialem characterem, uti Adonis a Ranunculo ſolis nectariis, ſic et Populago ab Helleboris; examines adhuc has plantas. In meis generibus deleas quaeſo Melianthum, cuius characterem fallacem dedi; debui enim examinare flores nondum explicatos, quos hyems delevit, mox praeſtabo alium propediem.

Immortales gratias pro tot raris plantis, quas promiſiſti; utinam eas haberem! Quot ſtamina et piſtilla in Aphyllanthe, quot in Tribuloide Tourneſ.? An mas et femina in Salicornia, et quot ſtamina et piſtilla?

Ex

Ex *Museo Cliffortiano*, Jun. 8. 1737. festinanti calamo.

EPISTOLA IV.

Gratias summas ago pro litteris, totque variis curiosis gratis et novis communicatis, A Dno. *Renier* habui litteras, quibus me certiorem facit, quod quamprimum plantas a Te liberali manu oblatas recipere queam Amstelodami. *Musam* Cliffortianam, quam putabam ultimo me misisse, mitto hic, nec non *Criticam* meam. *Ego infelix peregrinus omnia citissime corradere debeo*, aliis curam prelii committere, hinc ut fit non mirum. *Tu cures modo contenta, nec barbariem linguae; conversatio enim cum Lapponibus Finnis, Norvegis per aliquot annos me Michelio magis barbarum reddidit; debui dein Criticam furtim componere et omnia quam citissime, qui et hanc et Floram Lapponicam et Hortum cliffortianum per hos tres anni quadrantes omnia conscripsi.* Hortus Cliffortianus adhuc sudat, et modo 400 paginae (in folio majori) impressae sunt, ut ante finem anni vix prodierit; curabo absolute ut habeas, et eum hac epistola promitto; pecuniae mihi nimis multae remunerantur, dum Tuam synopsin mihi reddas. Ego Tibi debeo multa, etiamnum quid praestare non potui. *Characteres* D. *Ludwigii* perlegi; maximam operam impendit; utinam eius authores classici eum non seducerent; non omnia *Boerhaaviana* e tripode dicta sunt. Meos characteres omni die augeo, emendo, meae nil sunt nisi descriptiones genericae, adeoque differunt a Ludwigii, Tournefortii, et ut nomen specificum a descriptione plantae. Ambae necessariae sunt in Botanicis.

Bicapsulares mihi et Tricarpae Tibi forte Synonyma; cohaerent et semiflosculosi cum flosculosis Tournef. per Elephantopum. Connexio catenulata a radiatis ad cichoraceas difficilis; vereor, quod saltus fiat a cichoraceis ad Scabiosas. Novi optime, quod Rosmarinus, Ziziphora, Salvia, Pinguicula, Lentibularia etc. debuissent conjungi cum didy-

didynamiis, ſed debui ſubire leges, alias nulla methodus, hoc agnovi in claſſe Didynamiae.

Erravi in numero ſtaminum circa Polygalas, qui modo parvas Europae ſpecies examinavi, nunc vero Africanas; errorem agnovi in Horto Cliffortiano, p. 353. In Linagroſtide ſtamina ſunt 3, in ſtellaria 1, in Linoſyri 5, in Aſaro 12, in Tithymalo plurima: Uva urſi 10, Perſicaria nunquam decem, Fegopyron 9 habet, Tamariſo alteri 5, altero 10, in Mercuriali 9 vel 12, an unquam plura? in Xanthio 5. Fumaria offic. tres apices (antherae) in ſingulo ſtamine, ſi aliter videas, quaeſo me commonefacias. Chamaebuxum quaeſo ne diſtinguas genere, certe non faceres, ſi, quae vidi ſpecimina et Tu videres. In Chamaebuxo eſt etiam iſtud labellum fimbriatum, licet magis ab apice remotum; certiſſime ſi diſtinguis alia vice hoc revocabis.

De Belladonna cur haereas certe non video; argumentum unicum, ſi ſcis quo Nicotianam et Hyoſcyanum referas, certe et Belladonnam et Mandragoram, quae adeo adfines ut potius haereres, num genere diſtingueres; confer omnes partes fructificationis. In Solanis neſcio quae Tibi ſint dubia. Alkekengi, Solanum, Lycoperſium, Capſicum nullo modo diſtingui poſſunt. An eiusdem generis naturalis? Haec ſunt omnia bicapſularia, cur non itaque ad Nicotianae phalangem? Bulboſas cum Lilio convallio, ſed certe non cum Aro nec cum Orchidibus. Ari ſpecies a Plumiero evolvas. Ego Palmas, Muſam, Cannam Indicam, Coſtum, Kaempferiam, Marantam &c. Orchides &c. Irides, Siſyrinchia, claſſe convenire abſolute perſuaſus ſum, et cum hisque Arum; etiam Stratiotes (nobis) palmis valde affinis; vide *Muſam Cliffortii.*

Orobanchem quaeſo nullo modo diſtinguas a perſonatis, nulla ſane Tibi ratio a ſtructura floris, Hypopytidis familia adhuc me latet. Thalictro certe nulla cum Papaverino familia, ſed cum Clematidis genere ſumma eſt adfinitas,

examines omnes ſpecies. Ulmariam ſi ſepares a ſpiraea, paradoxon proponis; an genere diſtingui debet haereo, confer Barbam caprae, Filipendulam et Plukenetii ſpecies; has certe omnes ab iſocandriae polygyniae familia non ſeparare debes. Agrimonia vix adfinis videtur Salicariae, ni fallor. Salicaria aliquid commune habet cum Azederache, Bauhiniis, Caſſiis &c. Sed Agrimonia ad Iſocandriae polygyniae familiam pertinet, uti et Alchemilla et Percepier, confer ſtylos ad baſin germinis inſertos et videbis calycem non abire in fructum. Vidiſtine unquam quas Tu vocas cum Michelio Antheras ſeu apices in Marſilea, Marchantia &c. dehiſcere et farinam fundere? Vidiſtine unquam Antheram, quae non farinam dedit? Puto veſtras antheras eſſe farinam.

Muntingius poteſt haberi; ſed quid vis cum eo? Ego jam puto, quod nullus magis indignus exſtat Botanicus. Eius figurae nitidiſſime exſculptae ſunt, ſed ad captum factae, nec vidi adhuc pejores. *Hermanni* Flora non prodiit, ſed ſemi — impreſſa periit. *Royenii et Gronovii* diſſertationes curabo ut habeas; certe doleo, papyram impenſam eſſe in *Muntingii* opera; ſi vis habere illum — ſed ſat chare venditur, et igne digniſſimus eſt — me certiorem facias. — *Caeſalpynum* juſſi omnes bibliopolas mihi comparare; in officinis non proſtat, forte propediem eum habebo. — *Mochring* hortum utinam viderem, ubi impreſſus et quo tempore?

Fagopyra ſcandentia calyce triphyllo et petalis duobus dum diſtinguit, ludit. Asphodelus paluſtris et a me diſtinctus eſt, cum trieapſularis ſit, reliqui triloculares. Vide Anthericum. Hyacintho-Butomos (horrendo vocabulo) et ego diſtinxi ab Hyacinthis et connexi cum Hyacinthis tuberoſis, cum quibus numeris omnibus conveniunt ſub nomine Polyanthes.

Convolvoloides a Convolvulo ob caulem rectum; vides nunc conficiunt genera nova, ob mala nomina prius plantis impo-

impoſita; ego nunquam vidi in Botanicis magis fallacia: dixi in Critica meam de hoc ſententia, pag. 34.

Laetor ſummopere, quod dixeris mihi, *Saxifragam albam petream*, eſſe a tridactylite diverſam; differentiam vidi, quod habeat, folia ſaepe 5fida? novi, pro varietate habui. Spero, quod demonſtres, quod non ſit varietas ſufficientibus notis, ne quis de ea dein dubitet, vel alius ſeducatur. Annon rubeſcat, cum ſenior evadit, etiam major Alpina?

Veronicas iſtas *Alpinas* quaeſo ſufficienter deſcribas, ſi omnes tres habeas, et notas des, quibus diſtinguuntur; certae duae harum varietates ſunt; an tertia? dubito.

Odontiten ab Euphraſia vix adhuc diverſam agnoſcam, cum unica modo (alias) mihi ſpecies Euphraſiae ſpecies nota ſit; poteſt tamen diſtingui ſufficienter.

Sed *Teucrium Alpinum inodorum* video jam diverſi generis eſſe, et ab Euphraſiis, Pedicularibus et Melampyris diverſiſſimum; ſed convenit genere cum Hormino tenui coronopi folio Virginiano Moriſon. Hiſtor. et Pediculari maritima, folio oblongo ſerrato, quod in Horto Cliffortiano, pag. 32 notavi et novis meis generibus, propediem edendis.

Melampyri iſtam parvam ſpeciem (*Separavit inde Linnaeus*) varietatem tandem agnoſcas; ego novi ambas iſtas optime, forte et coma violacea ſpecie non diſtincta ſit.

Tubas, ſeu ſtylos diſtinguere facilis mihi viſa res, niſi ſolum in Herniariis et Amaranthi affinibus, cum a ſtyli baſi feminas numero, et ſi ſtylus deficiat, a ſtigmatibus. Cum *Roſa* nulla difficultas; modo longitudinaliter diſſeces calycem; fructus enim ſeu bacca pericarpium non eſt, ſed calyx coloratus ſucculentus; adeoque et ipſa germina diſtinctiſſima, nuda, adeoque gymnopolyſperma abſolute, modo collum calycis parum coloratum . . . In *Sambucco* a ſtigmatum numero, ubi deficit ſtylus, numero.

Sitne *Diapenſia* mea eadem cum Authorum, quos allegavi? Certe icones eae et deſcriptiones obſcurae ſunt.

Rejeci in Horto Cliffortiano aliquot millia varietatum; eas ſub ſpeciebus litteris graecis adſcriptas poſui.

Quaeſo, in Tua Synopſi notes plantas vere Alpinas aſteriſco vel alia nota, ut poſſint facilius diſtingui; exoptarem tandem Floram Alpinam Europae.

Si habeas florem Francae Michelii, quaeſo dicas mihi numerum ſtaminum; vereor, quod ipſi 5 modo ſint ſtamina, licet Martyn mihi 30 dixit.

Si Synopſis Tua Helvetica ſola circiter mille contineat plantas (tantum 2490 continet) utique et Flora omnium prima merito dicenda. Tu, qui jam paras tam ſplendidum opus, qui tanta gaudes collectione ac pauci alii; *qui judicii acumine plurimos, ſi non omnes, ſuperas;* qui in obſervationibus excellis, quique intimam plantarum poſſides notitiam et ſynonymorum certitudinem, Tu quaeſo cures, ut haec Tua Flora alia nobis adportet dona, quam ſolum elenchum plantarum Helveticarum. Hoc fieri puto, ſi adderes notam unicam ſingulae ſpeciei, qua haec ſpecies ab omnibus congeneribus diſtinguitur, cum omnis noſtra theoria, omnes deſcriptiones et figurae eo collimant, ut plantarum ſpecies diſtinguere queamus, easque impoſitis nominibus indicare. Haec Tibi non adeo difficilis res, aliis omnibus licet difficillima, hic tamen ultimus finis.

Impoſitis ſpeciebus et redigas varietates omnes ad ſuas ſpecies, non dubito, quin Tibi idem ſapor ſit varietatum ac mihi. Vidiſti, quot varietates pro ſpeciebus vendidere *Pontedera*, *Micheli* aliique. Et ſi minima differentia, minima varietas ſpecies novas cauſet, cur retardor, decem millia novas producere ſpecies, et quis has non poſſet indicare. Ego ſemper potius volui duas diſtinctas ſpecies conjungere pro una, et pro varietatibus habere, quamdiu differen-

ferentiam non noveram quam apertiſſime, quam unicam plantam dubiam pro diſtincta vendere ſpecie.

Eſt mihi amicus *Iuſſieu*, eſt et amicus *Dillenius*. *Vaillantium* nunquam novi. *Vaillantius ſui plenus fuit vir; ſibi aperire ſtuduit viam per cladem informatoris ſui fideliſſimi Tournefortii;* erat ſolum Demonſtrator Horti Pariſini, in litteris rudis; qui ſeſe oppoſuit Iuſſieuvo, ſemel ſubſannavit Dillenium; pauper fuit etc. Haec nil ad me, quatenus ſum Botanicus, quatenus juſtus et ſanus vir. Ego fateor, me nullum adhuc legiſſe, *qui Vaillantio accuratior fuit, qui plura nova invenit in Botanicis*, qui plus laboravit, qui parcius praemium reportavit. An itaque ille, nebulo, exemplum inſaniae, mortalium ſtupidiſſimus per ſecula dicatur ab orbe, eam ſolam ob cauſam, quod Botanicen coluerit, aeſtimaverit, excolere ſtuduerit? Iuſſieu, ut audivi, per juramentum promiſit, nunquam memoriam Vaillantii, dum vivit, floriturum. Dillenius non eſt contentus tot cavillationibus, quibus oneravit Vaillantii manes in Horto Elthamenſi. Poſito, et quod Vaillantius ſuos habuerit errores in ſynonymis et forte aliis, quis in Botanicis unquam caruit errore? Eſt ſapientis viri, bona a malis diſtinguere; ille felix imperator, qui cum jactura dimidii exercitus ſuperat hoſtem eumque profligat. Quis meruit magis quam *Plukenetius* in exoticis, licet non ſyſtematicus, quis tamen Vaillantio et Pluckenetio major nebulo, pejor Haereticus in Botanicis, majus ſcandalum artis noſtrae? ſi ex *Horto Elthamenſi* ſumitur autoritas. Mihi nil cum Vaillantio, nec contra eum. Iuſtus det juſtum judicium viri bene meriti. Si itaque velis juſtas concedere Vaillantio laudes et Tibi erit juſta poſt fata memoria; ego non curo in hac parte vel Iuſſicos vel Dillenios!

Obſerves quaeſo, abſolute, quod Xanthium et Ambroſia gaudeant floribus amentaceis.

Veronica Florae Lapponicae 7. §. 7 eſt *Veronica Alpina fruteſcens*, uti a Dillenio et ſpeciminibus Sherardianis di-

dici *Oxonii;* nulla tamen pars in noſtra fruticat, niſi infimi articuli. An hoc a ſolo in Lapponia frigidiori?

Quid ſit *Veronica Alpina, bellidis folio, hirſuta,* nullus mihi dignior *Burſero* viſus eſt author, qui attentus fuit Botanicus et ſe hanc *Caſp. Bauhino miſiſſe* ſcribit, et a Burſero ſe accepiſſe C. Bauhinus. Burſeri in Herbario Upſaliae aſſervato ipſiſſimam noſtram, parum magis tamen pubeſcentem habet.

Si tres ſunt diſtinctae ſpecies, utinam et diſtinguentes notae proponerentur; quae dum deficiunt, nulla diſtinctio. — (*Tres poſtea Linnaeus aggnovit.*)

Evolvi ſpecimina mea, nec video aliud quam quod Saxifraga tridactylites et alpina ſint ſolae varietates; ſic dictitat fructificatio; in fructificatione plures latent partes, quam in tota alia planta; plurima vota valent; dum demonſtres his diverſas partes, grates agam. — (*Omnino diverſae ſunt.*)

Quaeſo, dicas mihi, num in Tuis Alpibus reperiiſti plantas, numeris ſequentibus in *Flora Lapponica* notatas: 13. 85. 88. 115. 164. 165. 166. 172. 174. 181. 207. 208. 231. 232. 236. 242. 243. 244. 245. 302. 319. 342. 353. 368. 443.

Quot ſemina et ſtamina in *Tozzia;* quot in *Franca?* An in Viſco unquam Tibi obſervatae ſunt foeminae et mares, tota planta diſtinctae, et an petala dicenda in foemina, quae flori inſident?

Doles juſto characterum defectum in hiſtoria animalium, uti in Ichthyologia &c. Hoc tempore typo committo amiciſſimi mei, dum vixerat, *Petri Artedi*, opera poſthuma, in quibus, ni valde fallor, *videbis majorem perfectionem, quam in Botanica poſt centum annos unquam ſperanda eſt.* Ille claſſes condidit naturales, genera naturalia, characteres abſolutos, Pinacem univerſalem, deſcriptiones incomparabiles, nomina ſpecifica pura.

Si

Si perſuaſus es, me, quem vidiſti nunquam, Te ex animo animare, magnique facere, nec aegre feres, ſi pauca Tecum loquar de *Tua Diſſertatione*, certe magni laboris opere, ex qua ſola viſa Te majoris facio, quam Botanicum alium, quem novi ullum, niſi Tecum compararem D. *Dillenium;* vir omni laude digniſſimus eſto, et perſuaſus, quod quidquid dicam, nullus mortalium praeter Te et me ſciturus.

Pag. 7. bene vides, methodum *Rajanam* naturaliſſimam illam dictam, vel fuere Botanici coeci, vel ut D. Dillenius ſperarunt Profeſſionem, vel ab Anglorum authoritate coacti ſummam gloriam *Rajo* conceſſere. Quid ille? Certe vir laborioſiſſimus in colligendo, deſcribendo &c.; *at in genericis minus nihilo, in examinandis floribus plane nullus.* Quaeſo confer eius primam editionem methodi cum ſecunda et tertia, ubi a *Tournefortio* edoctus ſumit omnia. Neſcio, cur nullus *Caeſalpini* obſervare potuit inventa, omnia Rajo adſcribere ſtupidi. *Caeſalpinus mihi magnus; quantum erat primam ſic condere gentem!*

Moriſonus vanus fuit et inflatus pro more . . ., tamen nunquam non laudandus, qui reviviſcere fecit methodum demortuam. Confer genera *Tournefortii*, et quid *Moriſono* debuit, facile agnoſcas; tantum certe ac Caeſalpino Moriſonus, licet fidus fuit examinator Tournefortius. Moriſonus omnia ſua quae bona a Caeſalpino habuit, videtur in eo diſceſſiſſe, ut obſervaret concatenatam affinitatem naturae magis quam characteres. Tu ab eius periculo ſapientior procedas nullus dubito.

Rivini rigidus fuiſti cenſor; ſed et mihi eris maximus Apollo, ſi Tu ipſe non incidas ſub idem judicium ac ille. Si aſſumis regulas, debes et ſecundum eas procedere; alias nulla methodus. Si praetendis claſſes naturales, eas ſervare debes, heu quanta circumſpectione, ſi unicam frangas, naevum committis; ſi has combinare potes et inter has tu-

tus ire, Tu ſolus felix. Si modo affinitates quaeris, nullas leges et connexiones, quid tum facis; an Methodum promiſſam, an Moriſoni premas veſtigia.

An Opuli flores exteriores irregulares ſint? — (*ſunt omnino*) et quae tum definitio regularitatis?

Sanguiſorbae ſemen unicum adſignare — cur non? *Tormentillae* ſemina quatuor? Forte tam recte ac octo vel ſedecim. (*Plura ſunt.*)

Umbilicato fructu arbores miſcere cum non umbilicatis? cur non? Vereor, quod Tu non bene capias, quid fructus umbilicatus ſit! An Rubus a Roſa diverſa facis claſſe? ac ſis hic parum cautus.

Vellem audire Tuos characteres Orchidum et affinium ab alia quam calcaris nota; evolvas Plukenetii, Petiverii, Raji Americanas; uti ante Vaillantii etc. Europaeas.

Pag. 8. *Non Tournefortianum:* fateor ſuos errores habere *Tournefortium* multos; ſed tamen nulla magis naturalis ante eum, nulla poſt eum exſtiterit, fateor plures claſſes mere eſſe arbitrarias. Utinam Tu omnes ad claſſes naturales referre poſſes. Tournefortii Labiatae, Cruciformes, Liliacei, umbellati, Papolionacei, compoſiti valent, demtis vel additis in his paucis. (*Sed non ſunt Tournefortii*).

Pag. 9. *Pontedera* incidit in ſcopulos, quos evitavit Tournefortius, dum Pontedera hic naturae leges ſequi minus amavit. Certe confuſionem creavit in compoſitis, ſed et plurima praeſtitit, minus tamen *Vaillantio. Pontedera fuit fere unicus Botanicus philoſophus, licet non ſubſcribam ubique ejus theoriae.*

Pag. 9. *Knautiana deleta a Dillenio;* cur ſic? Certe nullibi magis injuſtus judex fuit Dillenius, quam in iſta apologia de variis methodis: mirum, quod nullus reſcripſerit; certe promeruit; docte tamen ſcripſit, doctius promeruit reſponſum.

Pag.

Pag. 9. *Magnolium;* doleo, quod non plures habeamus methodos non naturales a variis partibus; ſi haberemus, ab eis facile eſſet concludere, in quibus claſſibus haec pars fructificationis valeret, in quibus non.

Pag. 9. *Vaillantiana; ego nullum vidi Vaillantio adhuc in generibus ſapientiorem, et quotidie experior.* Forte characteres dedit, ubi Tu eos deficere dicis. Quid ſi Bauhinianas ſtirpes non adeo accurate determinavit; hoc recte, ubi imperfectae deſcriptiones, nullae figurae, nulla revelatio. Si ego abſurdum nomen conſtituerim, an indocti omnes, qui me non intelligant?

Pag. 9. *Iudicium de methodis Boerhaavii et Raji;* certe ambae in iſto puncto falſae ſunt claſſes; an altera praeferenda?

Tu Lychnides et Rapunculos conjungas? Mirum certe mihi!

Arbores et herbas conjungendas eſſe, ſequitur et ab inſpectione plantarum; quid enim differt herba ab arbore?

Pag. 10. Annon et herbas habeamus fructu umbilicato, et non umbilicato, quali arbores?

Annon Cachrys, Simpla nobilis ſint arboreſcentes, tamen gymnodiſpermae?

Nonne Tournefortia ſit Aſperifolia, tamen arbor?

Nonne et infinitae frutices in labiatis ſeu tetragymnoſpermis.

Nonne Tournefortia ſit Aſperifolia, tamen Arbor?

Nonne et infinitae frutices in labiatis ſeu tetragymnoſpermis?

Quot conyzas non habeamus ex Africa et America arboreas et alias arbores flore compoſito maximas.

Quid intelligis per duplicem calycem cheropodii, fructu a calyce diverſo?

Lichenis; reperiistine limites intra figuras pyxidum in Lichenibus?

Desumis etiam characteres a copia foliorum in Lichenibus?

Pag. 11. Mirum, quod et a foliorum figura characteres petas Filicum, qui Plumieri Filices vidisti.

Certe ego nec Tua vidi, nec Dillenii ante mea genera. Mirum tamen, fere in eandem incidisse sententiam diversos plures eodem tempore; sic et de Unifolii flore, quae pagina in Flora Lapponica erat impressa mense Aprilis praeteriti anni.

Pag. 13. Vaillantium et Dillenium exempla facis, ubi errantes demonstrare velis. Quis caruit errore! Felix, qui pauciores habuit! Nollem si possem, bonos carpere; possem menda alia et faciliori methodo corrigere.

Pag. 16. In *Uva ursi* calycem quadrifidum, et alibi stamina octo dicis etc. *Uvam* ursi Flor. Lapp. t. 6. f. 3. semper nobis, nec unquam, licet nulla planta a teneris mihi notior, decem staminibus et 5fido calyce (*recte*) *obvia* fuit; an alia itaque Tibi sub Uvae ursi nomine species?

Negas et definitiones partium ab usu, qui anatomicus es; reprehendis idcirco Pontederam: dubito quod nasum definire poteris in Zoologicis, alio modo quam per usum, ut sit adpropriata definitio omnibus animalibus, avibus, piscibus, insectis etc.; certe res est difficilis.

Hoc ipso die plantas benevole mecum communicatas accepi, pro quibus Tibi grates sufficientes nunquam reportare possum; studebo gratitudine quod potero semper. In iis *Aphyllanthes* maxime mihi placuit, ex cuius specimine, quae deficiebant in charactere, absolute explere potui.

Anonis Alpina humilior rad. ampl. videtur omnino trifolii species, nullo modo vero Anonidis, licet polyspermae sint siliquae!

Andro-

Androſace Alpina anguſtifolia, glabra, flore ſingulo, an deficiebat, quod doleo maxime; utinam modo florem videre poſſem, et an mea Diapenſia pro certo? (*Longiſſime differt.*)

Salix Alp. alni folio rot. glab. eſt Flor. Lappon. 355.

Alchimillae affinis Alpina videtur Alſinellae ſpecies, vel potius Arenariae. (*Cherleria eſt.*)

Thoram antea non vidi; lactor, me et in iſta vidiſſe nectaria, ut jam certior ſim.

Cruciata Alpina latifolia laevis; in horto noſtro eſt ſolus mas, Tua vero miſſa Hermaphrodyta eſt. (*Semper eſt androgyna*) Vidiſtin' unquam marem? an diverſa ſpecies a rubia quadrifolia et latifolia laevi Caſp. Bauhini, Rubia quadrifolia Italica hirſuta Jo. Bauhini?

Polygoloides et Chamaebuxus ſolum varietates eiusdem ſpecici. (*Eadem planta.*)

Acini pulchra ſpecies eſt Teucrii ſpecies, et ad Marum cortuſi proxime accedit, labium ſuperius corollae deeſt. (*Non deeſt et eſt Acinos*).

Salix alpina rotundifolia incan. eſt Flor. Lappon. 359. t. 7. f. 2. 1. 2.

Aſtragalus Alpinus fol. viciae ramoſus et procumbens, tenui . . . flore glomerato albo caeruleoque eſt Aſtragalus Flor. Lapp. §. 267. t. 9. f. 1. Vidi ex ſpecimine altero Aſtragalum Onobrychis dictum, ſat eſſe facie diverſum; an diſtincta ſpecies, Tu certius ſcias, qui ambas in loco natali legiſti; (*diverſiſſima ſunt*) tum ego in ſynonymis, ſuaſu Dillenii eiusque fide, erravi.

Veronica Alpina bugulae folio, calyce hirſuto, eſt Veronica Flor. Lapp. 7. t. 9. f. 4.

Uva urſi: vide jam quid Tibi ſit Uva urſi, adeoque ſtamina, calycem et corollam recte numeraſti et examinaſti; ſed

sed haec Tua Uva ursi non est Uva ursi, sed meum Vaccinium foliis perennantibus obverse ovatis Flor. Lapp. pag. 110, numero 144, et in hac abit Calyx in fructum polyspermum; in uva ursi vero, observante et Tournefortio, abit pistillum in fructum; eius historiam dedi sub nomine *Arbuti caulibus procumbentibus, foliis integerrimis*, Flor. Lapp. 123. tab. 4. f. 3., in hac stamina decem.

Haec quae concepi, rescribere deberem, sed certe mihi tempus non est. Amicus excusat omnia; scripsi variis temporibus varia verba.

EPISTOLA V.

Hac ipsa vespera Tuas litteras accepi, qui *cras* abeundus sum; debuissem ante duos menses petiisse *Sueciam*, me autem detinuit D. *Clifford* in hunc diem; utinam modo possem absolvere *Lugdunum*, ubi amici student me detinere per aliquod tempus. Ni vero nimis detinear, Te videbo *Goettingae*, si Tuo commodo fiat; vellem a Te addiscere aliquid in Musceis, quam gratiam mihi non negabis spero.

Sanguinem meum movit Tua epistola, in qua putas me ex studio inimica mente contra Te scribere. Testor omnipotentem Deum, me nullum Botanicum majori in pretio, honore et amore habere quam Te! Sentias itaque non de me male! Videbaris mihi liber; sperabam, Te a me excipere posse, utpote a Tuo, quidquid festinans proferret calamus, tum temporis laboribus obrutus. Excerpsi ex Tuis generibus nomina, circa quae dissentiisti a me, non ut Te reprehenderem, sed ut certior fierem, et in tempore me corrigerem.

Doleo, quod in malam mentem explicasti, quae de Unifolio scripsi, qui tamen nunquam scripsi, ut ita verba mea

*) Recte. Error Halleri erat ex nomine Casp. Bauhini, qui foliis punctatis dixit.

mea interpretari poſſes, quod Tu a me vel ego a Te hoc habuerim. Quae ſcripſi, ideo ſcripſi, cum *Dillenius*, dum apud eum eram, tam abſolute haec negabat, et Tu eodem tempore haec obſervaſti. *Noli male de me ſentire, qui malevolus certe non ſum, et ſi vel forem erga omnes, certe erga Te non.*

Si incluſa, quam miſiſti, planta, ſit Androſace, cuius Synonyma addidi Diapenſiae, me peſſime hallucinatum fuiſſe fateor, veniamque expeto, et ut haec revoces palliativa manu exoro. Certe incluſa Androſace eſt, et mea Diapenſia tam nova planta, quam mitto incluſam.

Solana ſunt bilocularia, licet ſaepe variant, uti Lycoperſicon, ſed bilocularia certo reſpectu: membrana enim loculamenta non diſtinguit, ſed ſola pulpa; eſt enim duplex ſeminum receptaculum reniforme, quod convexum accreſcit, intumeſcit, augetur.

Agrimoniam certe non diſtinguas ab icoſandriae polygyniaé plantis; confer partes et analogiam, et videbis calycem coloratum, ut in roſis.

Doleo, quod, quae de Vaillantio ſcripſi, Tu in Te trahere voluiſti, qui vix verbum Tuum vidi contra Vaillantium: ſed dolui, quod Dillenius adeo ipſi infeſtus eſſet poſt fata.

De Marſileae anthera non dubitavi, ut Tu ſumis, ſed uti Michelius partes ſumſerit.

Tempus mihi plura non permittit; unice oro, rejicias a Tua mente omnia, quae in ultima epiſtola Te offenderunt; continues quaeſo ſolito candore; nunquam habebis apud me eauſam irae; me amabis, dum me praeſentem videas meumque animum. Quanti ego Te fecerim, vel me abſente coram Te declarabunt vel quidem mihi inimici. *Doleo maxime, quod a me laeſus fuerit Tuus in me generoſus animus; culpam deploro; veniam precor! Spero, Te hisce ſatisfactum, quod ſi his et amicus ut antea.*

Corol-

Corollarium meum impressum est, quod jam depono apud D. Ruys cum *Methodo Sexuali*, qui ut habeas haec curabit. Hortum Cliffortianum habebis, quam primum tabulae inciſae ſunt; vellem audire Tuum judicium de generibus meis foliorum in Horto Cliffortiano.

Stachelini juſta merita non excidant e mente mea, antequam juſſu Tuo parens fui.

Hura jam floret in Horto Cliffortiano. Ego crederem, quod Orchides etc. magis affines eſſent Cannae, Kaempferiae, Marantae, Amomis quam Liliaceis, et hae Muſis, et Muſa palmis; triloculares non ſunt. Inſpicias ſitum antherae in Cannis; petalorum in Kaempferia; Kaempferiam et Cannam eſſe maxime affines vix ullus negabit.

Quae mittis gratiſſima erant; ſed quaeſo non calculum inſtituas. Ego ſcio, quid Tibi debeo, licet plantas Lapponicas Alpinas ante reditum in patriam mittere nequeam; mea omnia opuſcula ſunt parva, et qualia exſulis vel peregrinatoris eſſe ſolent, qui omnia ſecum portare debet. Nuper reperi duas ſpecies Cliffortiae feminas, Clutiam feminam, variaque alia genera. Audivi quod et *Siegesbeckii* Hortus Petropolitanus et Gerberi Flora Moſchovienſis prodierint; doleo me hanc nullam adhuc vidiſſe.

Asphodeliris adeoque eſt meum Anthericum, cuius tertiam ſpeciem e Virginea dedi in Horto Cliffortiano.

Gronovius ſine dubio edet propediem plantas a Claytono e Virginia miſſas, ni nimis diu deliberet. *Burtſchius* jam petiit Surinamam; ſi vixerit, Floram praeſtabit accuratiſſimam, et ad me mittet plantas omnes certus ſum, *cum a me habuit iſtud officium*. *Van Royen* jam incipit elaborare Novum Hortum Lugduno Batavum, qui et ſyſtematice agat.

Si mineras habeas in ſuperfluo, erunt gratiſſima Dno. Cliffortio; ſed certe non opus eſt, quod des rariores; poſ-

ſis

ſis alia vice, cum lapides in duplo obtineas, viliores dare; ille enim Tibi debet librum pro tot communicatis raris ultima vice, quae maxima ex parte permanſere in eius muſeo, et ſi ille non daret, a me haberes.

In deſcriptione *Vvae urſi* ego erravi, dum folia oppoſita pro alternis ſcripſi.

Plantas aliquot Alpinas Lapponicas mitto, plures dum in Sueciam pervenero. Vale.

Amſtelodami, 1737, Octob. 8.

EPISTOLA VI.

Permaneo hic in finem Februarii, ſi interim opus accedat, ſique Tibi placeat, curabo ut litterae proportionatae pro claſſibus, nominibus genericis et ſpecificis ac ſynonymis adhibeantur; ſique alia in re ulla inſervire potero, me totum ad Tua officia offero.

Dudum a typographis abſolutus *Hortus Cliffortianus* adhucdum non prodiit, prae chalcographorum ſegnitiem.

Retulit mihi nuper D. *Boerhaave*, quod alter tomus *Michelii* hoc tempore ſudet; *) flagro videre filicum flores.

D. *Ammanus* ſcribit, ſe Societati Petropolitanae obtuliſſe Diſſertationem de Filicibus, quae alia ſolia ſterilia, alia florifera in eadem ſpecie producunt. (*Struthiopteride*) Sperat idem, quod eius Tractatus de plantis Siberiae et Tartariae rarioribus intra proximam aeſtatem erit paratus.

Retulit D. de la Croix, quod Reaumurius et de lapidibus commentare adgreſſus eſt; vereor, quod in iſtis non tanta praeſtet ac in inſectis.

Si

*) non prodiit.

Si quid noveris de *Holoſteo* Dillenii, mecum communices; ego certe nunquam vidi Alſinem petalis trifidis; quot ipſi ſtamina? an decem? Quot piſtilla?

Sic et de *Tribuloide* Tournefortii; quot iſti petala? an quatuor? qualis calyx, quot ſtamina et piſtilla? In tota Anglia et toto Belgio et tota Suecia fruſtra flores Tribuloidis quaeſivi in herbariis omnibus.

Cum hinc diſcedam, quantum unquam ego novi, directe *Gottingam* peto, ut in Te reperiam Praeceptorem in *muſcis;* utinam non oneroſum haberes.

Scripſi in *Syſtemate*, quod omnes agnoſcerent fundamentum fructificationis Botanici, niſi forte ſolus *Heiſterus*, quem inter Botanicos recenſui; *videbatur enim magnus iſte Vir negare hoc, dum a foliis ordines et genera inſtituebat. Hoc aegre ferens ille, ſcripſit ad Siegesbeckium, ut eius partes in ſe ſumeret, qui ex eius commendatione Petropolim acceſſit, aſſumſit, et, ut audio, Diſſertationem criticam, in qua me dure reprehendit, bonus vir edit, qui toties antea ad me honeſtas litteras dedit.* Sic et amiciſſimus D. *Ludwigius* et ſe contra me quid tentaturum ultimis monuit. Ego facile victus, qui arma jam depono, qui nunquam me defendam.

Plura de his et aliis in verbis, cum advenero; ſpero, me aliquid Tibi gratum praeſtare poſſe.

Inprimitur hic *Artedi* opus (certe ſine pari) de piſcibus. Obſtupeſcas ad eius pinacem; habet genera, characteres, claſſes, ſpecies, nomina ſpecifica, differentias etc.

Ego methodos omnes: Caeſalpini, Moriſoni, Raji, Knautii, Hermanni, Boerhaavii (quae jam jam impreſſa eſt) Rivini, Rappii, Ludwigii, Tournefortii, Magnolii, meam de Sexu et Calyce; Vaillantii et Pontederae de Compoſitis, Scheuchzeri et Raji de Graminibus, Dillenii de Muſcis et Fungis, chronologiam generum etc.; ut uno noto nomine noſcam, quid dicatur genus apud omnes ſyſtematicos, ut

facile

facile evolvant tirones omnes methodos, et si unica deficiat, suppleat altera; Synonyma generibus semper addidi.

Absit, quod ego unquam defendam methodos artificiales, ac si ullo modo comparandae essent cum naturalibus. Vtinam sciremus plura de classibus naturalibus! — Haec volante manu; festinanti calamo des veniam oro. Vale et in hoc cum bene multis vivas et floreas Botanicorum Decus et facile Princeps!

Dabam *Lugduni Batavorum*, 1738, Januar. 3.

EPISTOLA VII.

Tot experimenta summi Tui, Vir illustris, in me favoris jam dedisti, ut plura Amico vel Maecenati nulli me debere novi. O utinam unquam possem experimento declarare, qui in favorem summum feror animo. Lapis essem vel mola, si Tuis summis in me amicitiae documentis non moverer; paternus plane est Tuus in me ignotum animus; filialis et meus erit; spondeo sancte.

Litteras habui a D. D. *Ludwigio*, cujus animus per Te solum pacari potuit; amicum se fore promisit. Cum Cl. *Heistero quaeso ne agas, ne Tuam prostituas famam, dum indignum et idiotam defendis;* sera dein nimis medicina paratur; typis commissa dudum est Cl. *Siegesbeckii* Dissertatio; *respondebo* cum accepero, sed absque ulla animi commotione; nec malevolum verbum a me reportabit, licet millena ille effunderet in caput meum maledicta.

Salivam movent ambo Tui Tractatus, praesertim de Pedicularibus, quas species ego nunquam capere potui. Exspecto ea quam avidissime; tamen potius non mittantur, ne sero nimis accedant et sic pereant. Gratissimae erunt, si ex Tuis manibus propriis eas accipere liceat. Utinam mea praesentia non Tibi ingrata evaderet; amo muscos nosse; amo videre tantum virum, quique me paterne adeo amavit.

Shawii Specimen plantarum Africanarum per Barbariam, Aegyptum et Arabiam, impreſſum ante aliquot dies in folio, paginis 12, in quibus brevis catalogus plantarum 667 vegetabilium, forte manu Dillenii conſcriptum, ſed nimis compendioſe, unico ſolo nomine citato, vidi, ſed adhuc non accepi.

D. *Burmannus* edit jam plantas Africanas per Decades; tabulas primae partis vidi, ſed doleo, nullas novas habet, tantum figurae male depictae ſunt, quas delineare curavit (neſcio, a quo in Africa depictae) et a Plukenetio et Petiverio antea datae.

Accepi tandem Londino Polygalae, iſtius Americanae ſpecimen, pro quo empyricus aliquis habuit a Societate Americana Anglorum mille libras anglicanas, quod radicem tanquam ſpecificum ſummum; (neſcio ſane, in quo morbo) detexerat; habet haec planta multa communia cum Penaea Plumieri. D. Gronovius ſine dubio eam inter ſuas plantas Virginianas deſcribit; utinam non tam diu haeſitaret edere librum; (nimis timidus eſt) Non crederes, quam multae plantae in Virginia cum noſtris Europaeis communes ſunt. In Noveboraco Americae ſunt Alpes, cum nix ibi in montibus per totam aeſtatem perennet. Inſtruo hic Medicinae ſtudioſum, qui ibi natus eſt, et poſt annum redibit in ſuam patriam, qui iſtos montes adibit. Vellem ſcire, num et ibi reperirentur plantae Alpinae cum noſtris Europaeis communes.

Accepi ultimis a D. Juſſieu, quod eius frater, quem periiſſe dudum crediderat, in ſalvo eſſet; ſi redierit, bene multa ab eo habebimus. Acceſſit ante menſem *Bartſchius* Surinamam, qui mihi debet et officium ſuum, et quae movit in Botanicis; vir, ſi quis alius, diligentiſſimus; exſpecto ab eo multa; natione Germanus eſt.

Tuam Halleriam habent et D. van Royen et Burmannus vivis coloribus delineatam; ſi Burmannus iſtam non mox edide-

ediderit, edat Royenus; in Horto Lugduno — Batavo duae ſpecies Halleriae deſcribuntur.

Nil aliud novi habeo. Te plurimum valere jubent D Royenus et D. Gaubius.

Dabam *Lugduni Batavorum*, 1738. die 23. Januar.

EPISTOLA VIII.

Accepi et ultimas, jucundiſſimas Tuas litteras, die XI. Febr. (1738) datas; ſed *morbus* graviſſimus, qui me per *ſex* et ultra hebdomadas vexaxit, lectoque detinuit, omnes meos circulos turbarit; ante aliquot dies repullulare incepit ſanitas; hinc diſceſſi Lugduno in *Hortum Cliffortianum*, ibi ut liberiores haurirem auras, ſpiritusque colligerem viresque.

Perlegi ſumma cum voluptate ſub morbo meo utramque Tuam Diſſertationem, de Veronicis et Pedicularibus; in utrisque, uti ſoles, Te Virum praeſtitiſti. Utinam haberemus plures eiusmodi ſtudio et doctrina conſcriptas! Incipio jam videre methodum Tuam; addiſcam, tentabo et eandem viam ſi potero.

D. *Siegesbeckii Specimen verioris Botanoſophiae* cum *Epicriſi in mea ſcripta*, ab amico transmiſſum accepi. Author fuit mihi valde durus; *utinam haec ſcripſiſſet, dum primum ediderам tractatulum; addidiciſſem juvenis, quod ſenex addiſcere cogor, abſtinere a ſcribendo, videre alios, tacere ipſe. Quae me dementia cepit, qui tantum conſumſi temporis, tot horas noctesque in artem, tales quae proferat fructus; Ludibrium ut evaderem orbi!* — Argumenta eius nulla ſunt, ſed exclamationes, quales vidi nunquam per totum librum. *Si reſpondeo aut taceo, commaculor utrinque. Rationes non intelligit.*

Negat ſexum; laſcivam meam ſtatuit methodum, quum tamen non plura de polygamia plantarum ſcripſi,

quam Swammerdam de apibus. Ridet meos characteres et provocat omnes, an ullus eos intelligat; terminos artis non novi; judicat me secundum principia Rivinjana; — et sexcenta pessima.

Ut ille me depressit, sic Tu, qui et doctrina et sapientia simul inclaruisti magnus, me erexisti; horreo tamen, cum nimia Tua in indignissimum accumulata elogia perlego; utinam unquam locus esset exspectandus, in quo meum testari possem animum, quem erga Te foveo; utinam non moriar, antequam aliquod specimen Tibi exhibere potuerim.

Uvam ursi Casp. Bauhini non novi; Tournefortii certe cum mea eadem est; folia nostrae per exsiccationem saepe rugosa evadunt, et tum ne si essent punctata; nil certi tamen de C. B. novi.

Quamprimum reconvalesco, seu circa finem Aprilis, ego *Parisios* petam, ut ibi collectanea Tournefortii, Plumieri, Suriani etc. inspiciam; jam enim occasio mihi est, forte nunquam postea. Sed Parisiis non ultra mensem dimidium degam, mox *Cassellam Gottingamque* retrorsum iter in patriam instituam, et tum forte Tibi gratior accedam mense Junii vel ad finem Maji. Vellem et videre bibliothecam Disnardi, si vivit et insecta Reaumurii; Iussieuii bene multa rara ex Peru per fratrem accepere.

D. Boerhaavius asthmate laborat; (vereor vomica) tamen adhuc omnia munera subit, Academiam vero ob gradus ascendere nequit.

Huc usque dum perveni, accessit suavissima Tua epistola, die 14. Mart. data. Vicine sunt pessimae, varietates plures ibi, sed obscurae; Trifolia non omnia facilia, generis character pessimus, certe non a figura leguminis vel numero seminum hauriendus.

Cliffortius nil referibat antequam mittat ad Te suum Hortum, quod post 14 dies, ut spero vel summum 20 fiet.

Ero

Ero apud Te, si vixero sanus, ad 1 diem Junii vel circiter; Tibi debeo, quod D. Ludwigium evaserim.

Si quae dubia circa species essent, quaeque per Herbaria Tournefortii dilucidari possent, vel si quae alia grata Parisiis praestare possim officia, quaeso moneas; modo libros mecum trahere per longam viam esset mihi difficillimum, qui plurimis onustus sum sarcinis.

Si propriis sumtibus mittas Botanicum in Alpes, certe nullus major est Botanices promotor et restaurator, quam Tu, ipse qui nimium laboras. (*Hallerus omnino* misit.)

Jacobus Sherard mortuus est, et nil reliquit *Dillenio*, licet absque liberis decesserit, — quod miror.

Dat. *Hartecampi* (circa finem Mens. Martii) 1738.

EPISTOLA IX.

Accessi tandem *Parisios*, hic *per mensem* degi, exotica non pauca vidi, Orchides Vaillantii fere omnes florentes examinare licuit ad fontem Bellilaqueum. *Orchis*, areneum referens et fucum et muscam, sunt varietates; addidici ex speciminibus florentibus. *Crambes* characterem in filamentis staminum (uti Brunellae) consistere; sunt enim filamenta lateralia sex quatuor majora bifurca: ergo ad Crambes genus species non omnes Rapistri amandari debent.

Vidi *Suriani* et *Tournefortii* et *Iussieuiorum* Herbaria, pulchra omnia; varietates ex illis addiscere et ad suas genuinas species referre difficile fuit; differentias vero specificas eruere difficilius. Vidi bibliothecas tam publicas quam privatas botanicas bene multas, ut jam jam in statu sim, *ut edam alteram Bibliothecae editionem; habeo enim nunc duplo majorem librorum numerum.*

Iussieuius senior praxi detinetur, nec unguem recedit a *Tournefortianis*; novit species bene, sed eas nimium mul-

tiplicat. Iussieu junior (Bernhardus) est Botanicus sat bonus, incipit observare attente, a me didicit Te distinguere ab aliis Botanicis.

Quae mihi diu promiserant fata in Belgio, abiturus non obtinui omnia; debui itaque privari ab exoptata diu vestra patria; debui *per mare*, viam brevissimam, redire in patriam meam; sed quamprimum ibi mihimet aliquot pecunias comparaverim, iterum abibo; flagro enim videre fodinas vestras, Frischii insecta, Hebenstreitii conchas et Te et Tuas plantas.

Audivi nuper a Germano, Te minus bene valere, tussique laborare calculosa, inque animum induxisse redire in Helvetiam; quod si sic sese habeat, maxime doleo; haec praemia laborum!

Si ad me postea litteras dederis, mittantur Stockholm, et eas habebo certas. Det Tibi Deus fata prospera; vivas mei memor, qui Tuus cultor devotus semper permanebo. Vale et ter vale!

Dabam *Royan*, 1738. Iun. 22.

EPISTOLA X.

Litterae Tuae (mihi omni auro chariores) datae die 24. Novembris 1738, accessere ad me hoc anno die 12 Augusti per concionatorem Ecclesiae Germanicae, Holmiae instructum; fatum morae mihi latet.

Extuli millies *Hermanni* manes; parum fuit saliisse fontes omnes Horti Regis Gallorum ad accessum Hermanni, jubente Tournefortio, si generosum Hermanni animum cum Tournefortiano conferas. *Hermannus Tournefortio* antes obtulit Professionem Botanicam, quam alio commutaret, quo viveret Tournefortius. Quid itaque de Te dicam ipse? *Peregrinum amas, vocas, professoriam dignitatem et munus et hortum fere offers:* *) — Vix frater fratri, vix pater hoc

*) Vid. infra Iudicium de C. Linnaei scriptis.

hoc filio unico. Uno verbo, plures mortales vidi, multi me amarunt; nullus mihi obtulit tanta, quanta Tu. Verbis grates redderem, si possem; sed nequeo digna reddere verba; sancta mente servabo, dum vixero, et alii post me, Tuum nomen.

Non respondeo, cum Tu Te patrem praestes, ego filius. Dabo en *historiam* qualemcunque *vitae meae* in hunc usque diem: Anno 1730 docui Botanicen in Horto Botanico Upsaliensi; rediit eodem anno amicus noster communis, D. Dr. *Rosén.* Ego studiosus Medicinae *vicarius eram Rudbeckii in Botanicis;* ille in Anatomicis et simul Adjunctus Medicinae. Anno 1732 adii *Lapponiam*, redii, docui Docimasticen et Botanicen per annum unicum; discessi Upsalia, iter ingressus sum per *Dalekarliam*, sic providente Deo. Facto itinere redii in primariam urbem istius provinciae Dalekarlicae, *Fahlunam;* docui Mineralogiam, praxin exercui minimam: amatus ab omnibus permansi per mensem. Erat ibi *Medicus,* quem divitem dicere non erubescebat vulgus; imo erat inter omnes in ista pauperrima provincia ditissimus, nomine *Moraeus, vir etiam inter Succiae medicos, doctrinam si spectes, facile primus.* Vir iste nullum vitae genus Medicinae inferiorem (praxin hic spectans) esse, millies pronunciavit; me interim amabat. Adii domum ejus, non semel gratus ipsi hospes. *Filiam habuit* (et aliam aetate inferiorem) *quam ambiebat Liber Baro quidam frustra. Vidi, obstupui, praecordia intima sensi attonitus novis intumuisse curis. Amavi; illa tandem victa blanditiis, votis etc. et me amabat, promisit, dixit: fiat! Patrem adloqui erubescebam pauperrimus; dixi tamen. Voluit, — et noluit. Me amabat pater, non mea fata. Dixit, intacta permanebit per tres annos, dicam tum demum. Compositis rebus, ad iter necessaria paratis, exivi patriam,* 36 *nummis aureis dives.* Promotionem medicam mox obtinui; redire magno meo cum commodo non potui; permansi in *Belgio*, ut novisti. Interim amicus meus summus, Cl.

B. . . . literas amicae meae ad me per tabellarios continuo transmittebat; ſancte praeſtitit. Ultimo anno, quo apud *van Royen* vixi (quod erat *quarto* anno; non enim ſocer plures quam *tres* conceſſit annos) et hoc quidem nutu ſponſae, *ſibi proximum judicavit B. . . . eſſe;* mea enim recommendatione factus fuit Profeſſor; mox, me non reverſurum in patriam demonſtrabat; *ſponſam meam ambiebat, fere obtinuit, ni interveniſſet alius, fallaciam qui prodidit;* punitus et ipſe fuit mille fatis adverſis.

Redii tandem, ſed pauper. Puella me amabat, non illum; ſedem fixi *Holmiae, irriſus ab omnibus ob meam Botanicen; quot inſomnes noctes et laborioſas horas tranſegerim, nullus dixit, quam vero a Siegesbeckio eram annihilatus, omnes uno ore acclamabant; non erat, qui veſervum mihi curandum obtulit.* Tranſegi vitam quocunque poſſem modo, tamen honeſte; incepi praxin exercere valde lente; ſed brevi fata ceſſabant adverſa, et poſt diuturnas nebulas Phoebus. Emerſi, ad primates accerſitus, ceſſere omnia ſecunda; nullus aeger non ſanabatur me non praeſente; pecunias accepi, ab hora quarta matutina in ſeram veſperam aegrotos adii, noctes apud aegros conſumſi: heu! dixi, *dat Aeſculapius bona omnia, Flora vero ſolos Siegesbeckios.* Interdixi Floram; quae collegi adverſaria (heu nimis multa) aeterno pulvere ſepelienda millies decrevi; *Siegesbeckio* nunquam reſponſurum fere juravi: mox *primarius medicus Claſſis* navalis conſtitutus fui; Conventus civium mox me *Botanicum Regium*, publice quo docerem Botanicen in regia ſede Stockholmiae, dixere, *ſtipendio annuo* auxerunt. Incepi iterum amare plantas. *Sponſam adii tum meam quinquennem, tam dignus thalamum intravi ſponſae et uxoris. Socer tamen ſat pecuniis ipſe delectatur, nec generi facile concedit;* ſed nec opus habeo, et quis a me generetur, habebit.

Nunc vero (Upſalae) utraque *Profeſſio medicinae* vacabit; ambo ſenes Profeſſores *Rudbeck* et *Roberg* dimiſſionem,

nem ambiunt; quod si fiat, forte Cl. *Rosén* erit successor Robergii, forte ego Rudbeckii. Sin secus, *Stockholmiae et vivere et mori cupio;* nec competitoris defendam spartam. Sin vero Botanices Professio Upsaliae mea non fiat, et *me tum (post tres menses) vocares, accederem, si cum uxorcula daretur.* Vel si Te aliquando videre liceret *Hamburgi*, hanc unicam ob causam Hamburgum adirem, licet longe sepositus vivo. Tanti Te facio; utinam ante fata Tecum loqui contigisset et Te coram videre! Vale, vive diu felix artis nostrae sidus!

Dabam *Stockholmiae*, 1739 die 12. Septembr.

P. S.

Si possis aliquo modo, quaeso cures, ut habeam Dissertationes Tuas de Veronicis et Pedicularibus, sed prae omnibus Synopsin plantarum Helveticarum.

Si rescribas, mittantur literae franco Hamburgum, sub couvert ad Societatem Regiam Scientiarum Upsaliae.

Si ullo modo possis, mihi des oro Dissertationes Tuas de Veronicis et Pedicularibus. Ac si daretur videre iter Tuum Sylvae Hercyniae! Synopsin plantarum Helveticarum Lugduni imprimi a Belgis audivi, et ab iis facile habebo, utinam brevi! Commentaria in Boerhaavii institutiones impressa esse percepi; e Belgio petii dudum, etiamnum vero non obtinui; brevi habebo.

Peractum esse Cl. Huberi iter lactor, utinam mox prodiret, sic Tu plura praestas, quam alius ullus.

Quaeso per Deos, mox rescribas, utrum a Cliffortio Hortum accepisti nec ne? Dixi ipsi millies. Sin non accepisti, mittam cum prima navi Hamburgum; significes modo ubi deponatur; Cliffortius enim mihi dedit decem exemplaria.

Quod van Royen non respondeat, vix mihi mirum videtur; novisti forte, quid hoc anno passus sit; quid cum

prodromo Florae suae agendum habuit. Respondebit; T per me bene novit.

Siegesbeckii primitias Florae Petropolitanae et Cl Ludwigii aphorismos botanicos nunquam vidi; qua ration comparabo?

Quod falsa narrarunt de Tua sanitate Galli, ex toto corde laetor; utinam tam diu viveres salvus, quam diu ego pro Te vitam dare vellem meam.

Lateo in obscuro. Si *Vpsaliam* pervenero, *praxin medicam interdicam; solum plantas tum tractabo.* Si semina aliquot habes, mihi mittas vel alia.

Dabam *Stockholmiae*, 1739 die 15 Augusti. (*potius Septembr.*)

EPISTOLA XI.

Mortuo *Rudbeckio*, Botanices Professori Upsalienſi, professionem ambii. Sic frustra laboravi per hanc aestatem, alias Te certissime adiissem. Optabam *Upsaliam* pervenire, quo praxin medicam omnino abdicarem et res botanicas unice tractarem, *sed noluere fata.*

Tandem obtinui Itinera Tua, tam Helveticum, quam Hercynicum, nec non Praelectiones in Boerhaavium. Omnes me ita effascinarunt, ut quem legam prius vix scio ipse. Nunc apud bibliopegam sunt; proxime multa scribam; a Te certe ubique multa addisco. Vtinam prodiret Tua Synopsis quamprimum eam et Dillenii Muscos videro, meas species typis mandabo; doleo, quod Tua de Pedicularibus et Veronicis non obtinuerim; an plura in Botanicis edidisti?

Doleo fata Josephi de Iussieu, qui redux e Peru, nave anglica adgressus ictu catapultae occisus, periit, ut Monspelienses mihi attulere. (Mansit in Peruvia.)

Cherleria Tua pulcherrimum plantae est genus. Utinam mihi ramulum per litteras communicares, ut flores inspice-

ſpiecrem. Eſt enim haec Cherleria, quantum ex Tua deſcriptione capio, media inter Sedum et Lychnides. Nectaria docent manifeſte affinitatem cum Sedis congeneribus, ſed capſulam ſeu fructum pingis ſimpliecm, ſeu non tres diſtinctas capſulas, ſed unicam eum tribus ſtylis; utinam viderem!

Miror, quod non obſervaſti in Tribuloide quatuor alia ſtamina ſine antheris, ſeu nectaria; neſcio quid ſit in ſiceis. *Limodorum* vidi, *Salviniam* non. *Blaſia* apud nos copioſiſſime viget. An Plumieri poſthuma prodiere? Burmanni decades et Ammani Ruſſicas obtinui.

Per aeſtatem *inſecta* indagavi, plantas qui rcn reperi. *Fundamenta mea Botanica iterum edidi*; iſta dedicavi *Dillenio*, *Tibi*, *Royeno*, *Gronovio*, *Iuſſieuiis*, *Burmanno*, *Ammano*; *hoc ordine*; *ordine quo debeo hisce ſummis Botanicis coaetaneis*.

Deſcripſi *piſcem auratum Chinenſem*, *Paſſerem alpinum Lapponiae*; Mures Norwegicos Wormii; Picum tridactylum Dalecarliae; edidi etiam *Syſtema Naturae* in 8vo, varia emendavi.

Quid in diaeteticis colligo, tandem videbis; in his per decem annos laboravi.

Melampyrum iſtud hiante rictu corollis parvis abſolute diverſam a vulgari ſpeciem putas; quaeſo, terrae mandes ſemina. (Diverſum eſt.)

Mittas etiam, ſi poſſis, in epiſtola Pyrolam Tuam rotundifoliam, ſtaminibus piſtillisque erectis, non vidi.

Doleo, quod tam difficile ad Te quid mittere poſſim; ſi vixero, comparabo Tibi *Rudbeckii Campos Elyſios*, quos Te nunquam vidiſſe certus ſum; opus figuris plenum; *vix decem exemplaria ſuperſunt in rerum natura*; habeo modo unicum.

Vellem

Vellem mittere *Bromallii* examen Epicriseos Siegesbeckii, sed non possum. Siegesbeckii primitias nunquam videre potui; vellem dare nummum aureum pro libello, modo obtinerem.

Quamprimum a bibliopega recuperavi Itinera Tua, ea percurram, et mea dubia aperte Tecum communicabo; *quo plures errores apud me detegere potes, eo gratior eris;* tum possum omnia corrigere vivus; post fata non licet emendare propria opuscula.

Certe adhuc non intelligo Equisetum; an ista semina sint vera semina? vel farina staminum? Certe structura spicae Taxi staminibus simillima est. An terrae mandata semina exerescant germinentque? Si capsulae seminales, ubi stamina? Si stamina, ubi tum semina? Me doceas quaeso.

In Blasia, ut novisti, est tubus truncatus erectus, in Michelio pulcherrime delineatus, insidens capsulae pervius, per quem emergunt plurima semina, quando tubus repletur aqua vel rore per noctes; haec semina nudis oculis patent; vidi et tubercula intra substantiam folii, quam pro capsulis habet Michelius, sed nulla inde semina. Mittas mihi Salviniam in epistola. Vale, vivas diu felix, artis nostrae ornamentum.

Dabam *Stockholmiae*, 1740, Septembr. 15.

EPISTOLA XII.

Quo diutius Tuas, Vir colende, exspecto litteras, eo vehementius has desidero; utinam modo valeres, qui laboriosissimam omnium vitam agis.

Reperi apud nos Sedi Specimen minus vulgarem, ubique in rupibus, petris et montibus obviam, et vulgatissimo acri similem facie et floribus, a quo differt.

1. Quod annua sit et fere minor reliquis.

1. Quod

2. Quod erecta, non procumbens, nec multum ramosa.

3. Quod folia maculis inaequalibus rubescentibus adspersa sit.

Stamina decem, flos luteus pentapetalus. Quaenam haec apud authores? An ista Raj. Synopf. tab. 12. f. 2.? Figura bona, sed flos omnino luteus, ut in reliquis.

Alia nobis Sedi species et vulgatissimae acri simillima tota facie, magnitudine, colore, structura, sed folia propriora et quasi sexfariam imbricata, seu in sex ordines longitudinales digesta.

An Sedum minimum luteum non acre Io. Bauh.; non reperio authorem, qui vere distinxit.

Ubinam habitat D. Staehelinus? Ubi Emanuel Bauhinus? An Botanicus? Quo die obiit Dnus Ammanus?

Floret in Horto academico planta, quam praeterita aestate ex insula Carolina adduxi, et est

Saponariae species, quae

Caryophyllus saxatilis, foliis gramineis, umbellatis corymbeis Bauh. Pin.

Symphytum petraeum Thal. Hercyn., quae et omnino eadem est cum

Polygonum maius erectum angustifolium, floribus candidis, Menz. pug. l. 2. f. 2. Vellem scire, qua nota differret a

Lychnide alpina linifolia multiflora perampla radice, quam nomine tenus tetigisti in Itin. Helvet. n. 20. Scheuchz.

Itin. Alp. 137. Omnino convenit, non vero notat folia crassiuscula et caules procumbentes, nec petala integra.

Floret etiam hodie ex seminibus ab Ammano communicatis.

Hel-

Helleborus fumariae foliis Amm. Ruth. p. 74. I. 12. Nescio, num eandem distinguam ab Aquilegia folis thalictri, floseulis minutissimis albis Mentz. I. 8. f. 1. quae Thalictrum montanum praecox Tournef. 271. Ranunculus praecox 2 thalictri folio, Clus. Histor. 233. Sed nostra longe minor clusiana, figura eadem; flores in nostra virides, in Clusii albi. Si vidisti plantas Clusii, demas scrupulum vel mittas foliolum; nobis enim modo unica planta est. Hoc certissimum, quod nec Aquilegia, nec Helleborus, nec Thalictrum esse queat.

Crescunt praeterea in Horto, licet nondum floruere.

Androsace coronopi foliis glabra, flosculis ex verticilli folioli umbilico, Amman. Ruth. 13.

Delphinum perenne, aconiti folio ampliori, floribus longioribus pediculis insidentibus, minus villosum. Amman. Ruth. 131.

Delphinium elatius subincanum perenne, floribus amplis azureis, Amman. Ruth. 132.

Si poteris Tuo cum commodo, mihi mittas oro quaesoque aliquot semina; non peto rariora exotica aut Indica, sed indigena, praesertim alpina; et ex plantis, quas Tecum duxisti ex itineribus alpinis Helveticis aut Hercynicis, vel etiam ex plantis Germaniae, quae in Uplandia non crescunt; Uplandiae enim Catalogum, a Celsio editum, possides Actis litterariis insertum.

An ex sequentibus aliquas possideas plantas, tum ex his, si placeat, mittas.

Alsine muscosa Dalech. 1235. linea folia Casp. Bauhin. 251.

Bellis monanthos autumnalis, Iter Hercyn. 5.

Valleriana celtica Spica, Iter Helvet. 7. Scrophulariae folio I. It. Helvet. 2.

Peta-

Petasithes monanthos.

Dryas.

Silaum flore luteo, It. Helvet. 15.

Oreoselinum minus, It. Helvet. 16.

Cacalia aliqua.

Veratrum.

Rapunculus Alpinus aliquis.

Carduus mollis, It. Helvet. §. 39.

Androsace alpina perennis augustifolia glabra, It. Helvet. 56.

Daucus Creticus, It. Helv. pag. 17.

— angulosi caulis, ibid. p. 64.

Bellis alpina rigido folio.

Phellandrium Alpinum.

Cherleria, egregia planta; Burserus habet duas species diversas.

Stuchys alpina.

Daucus Alsaticus.

Dipsacus foliis laciniatis.

Sisymbrium palustre album foliis imis barbareae Tibi It. Hercynic.

Trifolium lupulinum minimum.

Doronicum aliquod.

Alsine saxatilis multiflora capillaceo folio, Itin. Hercyn. 35.

Hieracium caule unifolio unifloro, calyce villoso. It. Hercyn.

Gratiola, Verbena, Centunculus, Kali, Salicornia, Rivini Cervaria, Falcaria, Seseli prat. Angelica tenuifolia.

Polygonifolia Dillen.

Ana-

Anagallis lutea nemorum.

Cruciata hirsuta Casp. Bauh. NB.

Circaea Lutetiana.

Passeriana Tragi Jo. Bauhin.

Linosyris Rivini, Rupp. NB.

Spergula graminea annua etc. Rupp. Spergula uncialis Rupp.

Lunaria bulbonac.

Cucubalus.

Caryophyllus arvensis umbellatus, folio glabro C. B.

Veratrum.

Chondrilla caerulea Tabern.

Stachys major germanica.

Ballote.

Cymbalaria.

Gramen murorum duriusculum, spica arcta rigida Morison.

Gramen miliaceum aquaticum.

— paniculatum minimum molle. Bot. Monspel.

— amoris I. B.

— aquaticum paniculatum latifolium Casp. Bauh.

Mittas quodcunque velis semen ex hisce; vix credo, quod omni ope me destitutum dimittas, quem quondam tanto ardore prosequutus es.

Introduxi in Hortum 200 plantas spontaneas in Suecia nascentes, et inter has 20 gramina, inclusis caricibus et juncis; quo queam ex nostris, exteris semina dare.

Dabam *Upsaliae*, 1742. die 26. Julii.

Educabo Medicinae studiosum in Botanicis, et quam primum capax sit, cum propriis impensis mittam ad Alpes Lappo-

Lapponicas, ut ibi pro horto plantas colligat; eundem hoc anno miſi, tentaminis gratia, in Norvegiam proximam.

EPISTOLA XIII.

Diutius quam par fuit a literis ad Te, Amice colende, dandis abſtinui, exſpectans quotidie librum, quem praeterito anno mihi dono dabas; impatiens morae, juſſi Bibliopolas menſe Aprili, quocunque aere mihi librum comparare; ſed inde non levatus, exſpectabam librum fruſtra. Tandem, tandemque ante triduum acceſſit ſplendidiſſimum et pretioſiſſimum donum, mihi omni auro magis gratum; gratias pro hocce opere ago habeoque, quas unquam poſſum devotiſſimas. Stupeo, et vix poſſum intelligere, quomodo Tu, unicus homo queas ſcribere et elaborare tot opera propriis obſervationibus.

Dum video Te, ſtricto calamo, omnes et ſingulos Botanicos pro meritis punire, Tibi iterum grates agam, quod in me *tam miti animo fuiſti*, et ſingulari pro ſolito favore; *video facile, quoties potuiſſes me caſtigare, ſi voluiſſes.* Quod ad opus ipſum attinet, eſt certe immortale, propriis obſervationibus utpote totum quantum conſtans; utinam haberemus plures eiusmodi floras, eodem ſtudio elaboratas!

Liceat Tua pace de his aliquid Tecum loqui et nonnulla quaerere.

Pag. 151. *Salix*, ſtamina 3 frequentius quam duo; quaeſo notes numeros ſpecierum, in quibus hoc ſit; certe in nullis circa Upſaliam naſcentibus, excepta pentandra; forte apud vos variat magis quam apud nos; vel forte non noſtrae ſpecies. (*Triandra etiam alba et vitellina*)

Pag. 343. Roſa et Rubus vix differunt ſtructura fructificationis, modo pulpa tegit ſemina Rubi, non Roſae; ſi aperias fructum Roſae, reperies ſemina nuda intra calicem

carnoſum ore contractum, et idem omnino in Agrimonia, modo ſemina paúciora; ſi demas huic petala, habebis Alchimillam. Ego inſerui Alchimillam Potentillis et affinibus, ob rationes ſequentes.

1. Cum calyx quaſi duplicatis laciniis gaudeat.
2. Cum receptaculum ſtaminum ſit ad marginem umbilici.
3. Cum ſtylus oriatur non ex apice, ſed latere ſeu baſi germinis.
4. Cum folia alterna ſcabra.

Pag. 364. *Oxys* aſſociatur Geraniis. Hoc certe omni jure, idque mutabo in meis fragmentis; a Te certe didici; ſic caecutimus mortales; qui viderit unquam Gerania Africana, de hac veritate nunquam dubitabit.

Pag. 388. *Alſine nona* ſtamina numeras 10; ſed piſtilla 3. Quaeſo examines adhuc; aut erit tua ſpecies alia a noſtra, aut habebit piſtilla 5. Noſtra nunquam variat.

Pag. 391. *Alſine* 20 *ſtamina quatuor;* omnino; hoc mutavi in altera editione.

Pag. 605. *De Fumaria bulboſa Ludwig de minuend. Spec. plant.; et Moehringius comment. Norimberg. hebdom. 6.*

Lubenter ſcire vellem, quas rationes adducat poſterior pro ſtabiliendis duabus ſpeciebus. Video radicem in altera cavam et folia floralia integra, ſed et totius plantae ſtructura eadem, etiam in minutiſſimis partibus fructificationis. Quaeſo examines Fumariam bulboſam radice non cavam, minorem Caſp. Bauh., quam feciſti varietatem ſecundam ſpeciei; haec apud nos in omnibus ſylvis, at radix ſolida et folia floralia ſemper integra, nunquam diviſa; examina hanc: et dein dicas mentem Tuam; mihi perinde erit, utrum

tres

tres ſpecies vel una aſſumatur; certe ad duas referre omnes has bulboſas non videtur. (*Ipſo flore differunt.*)

Pag. 129. *Pilulariam* eiusdem ſpeciei facis cum Lente paluſtri quadrifolia; quod fuere eiusdem generis dudum novi; nunquam quod eiusdem ſpeciei. An Staehelinus in hac obſervatione omnino tutus? Cur nunquam Lenticula quadrifolia Pariſiis, ubi Pilularia frequentiſſima? (*Error* Staehelini *fuit.*)

In fungis novum orbem detexiſti, demonſtraſti viam per hanc ſylvam, quam nullus ante intrare potuit certo tramite; et Dillenii et Michelii Fungi nulli ſunt; Hallero debemus omnia in his; opus immenſi laboris!

Saxifraga petalis latiſſimis luteis lineatis Tab. 8., hanc habemus in Suecia; pro Breyniana ſemper habui. (*Recte*)

Aſtralagus Tab. 13: hunc reperi apud nos in Oelandia; omnes Tuae figurae ſunt ſplendidiſſimae.

Betula nana, pag. 158. Mirum eſt, quod hanc reperiiſti in Helvetia. De hac Diſſertationem academicam me praeſide et autore habuit Dnus *Klaſe*, menſe Junii proxime praeterlapſo. (*Paſſim in Helvetia provenit.*)

Quaeſo quaenam ſit Perſicaria acida Jungermanni? (*Amphibia*)

Quomodo accipiam Staehelini ſpecimina anatomica botanica?

Haec dum ſcribo, accedit collega meus Dnus Archiater *Roſen* et refert, Te menſe Aprili praeterito *humanis rebus valedixiſſe;* hinc haereo, utrum litteras mittam, consternatus et maxime anxius. Si pater aut uxor aut unicus natus moreretur, non magis me afficeret. Si mortuus es, non capio, quomodo haec mihi laterent ex actis litterariis variis publicis. Spero meliora.

Utinam daretur aliqua occaſio mittendi libellos quosdam ſuecicos ad Te, lubenter hoc facerem.

Occupatus hodie sum in transferendo familiam resque domusque *in Hortum Academicum, et in eius nova aedificia.*

Nunc ultima pars Hybernaculi aedificatur, ut spero omnia aedificia *cum hoc anno fore in Horto absoluta*, ut queam proximo anno excurrere ad Gothos occidentales, quod iter diu meditatus sum. Ad umbilicum perduxi *animalia Regni Sueciae*, quae proximo vere, volente Deo, typum subibunt.

Vale, et *me* porro fave. Dabam *Upsaliae*, 1743. die 18 Julii.

A *Societate Regia Upsaliensi* admonitus sum indicare, quod observatio ista, quam misisti anno circiter 1732 perierit in curia Secretarii vicarii tum temporis absente Andrea Celsio et quod Societas nostra maxime exoptaret a Te observationem aliquam pro suis Actis, qui ditior observationibus es, quam ullus alius medicus.

Inclusas, quaeso, mittas ad D. *Moehringium*; nescio qui fit, ut nunquam responsorias ab ipso accipiam.

EPISTOLA XIV.

Te et vivere et bene valere didici ex epistola, quam accepi Stockholmia ante octiduum, una cum Horto Gottingensi. Vt vidi literas et nomen Tuum, ex toto corde exsultavi prae gaudio, quum Te amissum maxime doluimus omnes, ego autem omnium maxime. *Mihi injunctum erat a Societate Regia, historiam Tuam vitae describere, Actisque inserere, a quo munere nunc Dei gratia liberatus sum.*

De Soncho arborescente palustri, quam speciei varietatem facis e Soncho isto vulgari agrorum, in ultimis monui; contuli plantas et obstupui; recte habes; sed nullus mortalium ante Te hoc vidit.

Do aliquot semina, qualia habeo; alia vice plura; recens enim sum horticula; Tu benigne haec excipias oro.

In

In altera pagina notavi, quot Tu habeas, quas ego non habeo; ut si habeas semina ex aliqua harum plantarum et mihi mittere velles, *mihi* summo dono afficeres; si mittas, facias hoc quamprimum poteris et sub couvert ad Societatem Regiam Scientiarum Upsaliae.

Dabam *Upsaliae*, 1744, d. 12. Januar.
Santolina fol. rosmarin.
An Silphium Royeni.
Bellidioïdes.
Doria.
Ranunculus.
Veronica Chia.
Echinopus minor uterque.
Verbena altissima.

Si habeas semina ex aliqua planta e praedictis, et mihi mittas, scias, Te eo me reddere maxime obstrictum; ego mittam aliquando, dum ego dives evado. *Ante habui plantas; nunc quid juvant pecuniae, ubi non plantae.*

EPISTOLA XV.

Nuper habui literas ab amico communi, D. *Royeno*, qui Te nec literas habuisse a me, nec responsorias a longo tempore refert. Ego vicissim doleo, quod responsorias a Te non obtinuerim, sed quotidianis Tuis curis adscripsi, quibus omni hora publico inservis.

Quam primum accepi Botanicen Tuam vastissimam de plantis Helvetiae, gratissimas ut debui, ad minimum uti potui, exaravi literas; cum autem fama omnis resonabat, Te humanis rebus fuisse ereptum, literas misi ad Anatomicum, Tuum quondam discipulum, responsorias accepi, quod et vivas et bene valeas, simulque Hortum accepi Gottingensem; tum mox ad Te iterum scripsi, seminaque numeravi plurimarum plantarum alpinarum, quibus superbit vester

Hortus; ſimulque literas miſi ad D. Moehring ſub Tuo involucro, ut aliquando ab eo acciperem reſponſorias, a quo literas non habui poſt reditum in patriam, ſed nec a Te, nec ab illo obtinui. Interim omni die Tuis ſcriptis ego proficio, et quo magis evolvo Tuum opus Helveticum, eo majori deſiderio me quotidie demittit. *Opus eſt certe tale, quale non exſtitit antea, et quo carere nequit ullus Botanicus.* Breves enim Tuae deſcriptiones millies ſuperant Botanicas longiſſimas hiſtoricas; nec non in ſynonymis multum praeſtitiſti.

Sed dicas mihi, quomodo et unde potuiſti brevi temporis ſpatio tot plantas in Hortum introducere? Ego in his totus fui annis 1742, 1743 et hoc anno, nec potui dimidiam partem obtinere, quamvis a Gmelino, Ludwigio, Gesnero, Wagnero, Bielkio, Royeno, Gronovio, Sauvages, Dillenio, Iuſſievio, Millero aliisque profecerim. Aedificia et palatia omnia Horti cum hybernaculis his duobus cum dimidio anno abſoluta ſunt.

De Fagopyro recte omnino habes, quod ſit diverſa ſpecies a vulgari et nulla alia.

In ultimis literis petii, quod velles obſervationem ad Societatem Reg. Upſalienſem mittere, quae eiusdem Actis poſſet inſeri. Prodiit Tomus pro 1740; et 1741 propediem erit abſolutus. Non admittimus poſt haec alias obſervationes, quam genuinas medicas, phyſicas, mathematicas, ſimilesque dignas, nec poſt haec *nugas theologicas.*

Obitus *Andreae Celſii*, Secretariii Societatis multum obfuit Societati noſtrae.

Membra aſſumta ſunt in hac Societate *Iuſſieu* et nonnulli alii Botanici.

Avidiſſime evolvo Tua commentaria in Boerhaavium; quaeſo, ne deſiſtas nobis dare ſequentes partes de *diaeta; in his meae deliciae; in his plura collegi quam quod novi ullus*

ullus alius; et augmenta habebo ex Tuo libro in Boerhaavium.

Si quid curioſi de Ficu noviſti, mihi quaeſo ſcribas, qui de ea arbore menſe Auguſti Diſſertationem edam; nec non aliam de corallis maris Baltici.

Sub prelo ſudat *Iter Oelandicum*, ſed lingua Suecana; in eo libro plurimas habeo obſervationes de plantis, inſectis, avibus, oeconomicis.

De Betula nana Diſſertationem praeterito anno habui; neſcio, quomodo queam ad Te mittere, qui remotus a mari habitas.

Ex Horto Tuo video, me habere aliquot plantas, quas Tu non habes; eas igitur mittam in ſeminibus proximo autumno, ſi liceat tabellarium Tuum his praebere.

Abſolvi *Floram Suecanam*, exceptis modo minimis, Byſſis, mucore, confervis, quibusdam ex fungis.

Ter vale et me amare perge. Dabam *Upſaliae*, 1744. Maj. 29.

EPISTOLA XVI.

Vereor, quod haec epiſtola nimia mole Tibi pretioſa evadat; hoc tamen hac vice excuſes, qui me amas et *dives es*, *uti nuper audivi a peregrino juvene.* Rogo hanc Diſſertatiunculam *recenſeas in Commerciis veſtris Norimbergicis;* quod ſi feceris, proxima aeſtate huius ſemina pro Te colligam. Ne credas, rogo, aliam eſſe plantam, et quae e Linaria orta non ſit; novi Linariam. Haec tamen ſe propagat proprio ſemine; ergo nova ſpecies, quae ab initio non erat; novum genus, quod antea non fuit. Species hybrida Regni vegetabilis ſe propagans; transmutatione plantarum ex una in alteram; fructificatione diverſiſſimae plantae *eaedem*; duplex character in una ſpecie eademque.

E Tuo Horto et theſauro quaeſo aliquot ſemina pro me colligas; et inter haec Dracocephalum 5. Hort. Cliffort.

Noſtri Socii a Te avide exſpectant obſervationem, quam promiſiſti, ſive hanc velis nobis dare cum icone vel absque icone.

Vale et fave. Nondum appulit Flora Tua Ienenſis, quam avide exſpectamus.

Dabam *Upſaliae* 1745. d. 8. Martii.

EPISTOLA XVII.

Literas accepi Tuas, Amice aeternum colende, die 10 Junii ſcriptas, ſuo tempore.

Floram Ienenſem, quam miſiſti, non accepi, ſed tamen comparavi.

Pulcherrimam figuram dediſti Saponariae, et longe praeſtantiorem iſta. Menzelii in pugillo; hanc copioſe reperi in Inſula Carolina, uti colligere poteris e Flora Sueciae p. 346. et Itinerar. Gothland. 282; egregie creſcit in Horto academico.

Accepi Tuum libellum de Alliis; ſtupendi laboris collectis ſynonymorum; ſi noviſſem antea, potuiſſem aliquot ſpecies communicaſſe.

Nunc video, Te magnum opus parare, ſcilicet Floram totius Germaniae; non dubito, quin Herbarium Burſerianum magni foret utilitatis, qui tam multas provincias Germaniae obambulavit et ſingulis ſpeciminibus loca appoſuit.

Ego laboro cum *Flora Zeylanica*; accepi enim Herbarium ipſius *Hermanni*, quod in Zeylana collegerat; ſpecies plerasque ad ſua genera referam, genera multa nova obtineo.

Socii Societatis noſtrae Te ſalutant, et per me petunt, velis aliqua Tua obſervatione Acta noſtra ornare, uti aliquoties promiſiſti:

Ante

Ante aliquot hebdomadas habui literas Pariſiis, ubi dicunt, Te Helvetiam Tuam petiiſſe, et ibi Senatoris munus accepiſſe; ego vero hoc non credo.

Si habeas ſemina Chenopodii villoſi lini folio Hort. Gotting. 5; Amaranthi fruteſcentis p. 6. Amaranthi ſiculi p. 6. Chamaeleae 8. Commelinae luteae 14. Filipendulae foliis ternis 19. Hellebori foetidi 20. Siſon 1. 2. p. 39. Solani ſpinoſi 47. Borraginoidis 51. Verbeſinae p. 82 — mittas.

Tu valeas et, uti ſoles, ſemper faveas. Dabam *Upſaliae*, 1746, die 7 Januar.

EPISTOLA XVIII.

Redux ex itinere, quod hac aeſtate inſtitui per 250 *milliaria ſuecica* ad montes et loca maritima *Weſtrogothiae*, ſuaves Tuas literas accipio, pro his et amicitia Tua grates reddo maximas.

Flora Zeylanica abſoluta erit et impreſſa proximo menſe Martii, in qua publice oſtendam, qua veneratione Te proſequar, et quanti Te faciam.

Apari ſemine coriandri diverſiſſima eſt ſpecies ab Aparine vulgari et cum Valantia ſeu Cruciata convenit floribus maſculis ab hermaphroditis diſtinctis.

Annon poſſes in Tuo ſpecimine videre ſtamina et piſtillum Juncariae? ſi poteris, quaeſo me doceas.

Quadraginta nova plantarum genera habeo, pleraque ex Indiis.

Praeterita aeſtate tantum duas Diſſertationes emiſi, alteram de Sponſaliis plantarum, alteram de Muſeo Adolphe Fridericiano; mittam has et reliquas, quas habeo.

In itinere multas piſces et inſecta nova legi et integram hiſtoriam cantharidis illius, quae maximum damnum adfert ligno quercino apud navium fabricatores.

Algae vitriariorum flores et fructus vidi, quae novum conſtituit genus, et cum Aro ordine naturali convenit.

Peloriam in Suecia duo juvenes diverſis aliis locis obſervarunt, et herbariis ſuis inſeruerunt.

Anandria hac aeſtate ſingularem florem unicum produxit, reliquis vero omnibus ut in Diſſertatione deſcriptis; praedictus flos radiatus erat, radii petalis tripartitis, quod valde miratus ſum.

Faunam Suecicam ſi non acceperis, mittam.

Quae e Noveboraco ad me miſſae ſuere plantae, omnes in Hiſpanorum manus inciderunt, una cum Mitchelii per plures annos collectanea in Virginia: ille tamen ſalvus, ſed nudus rediit in Angliam.

Polygonatum caule anguloſo diverſum eſſe a vulgari caule tereti, hoc vere obſervavi.

Pulchra erant, quae obſervaſti in Orchidibus; apud nos hae ſpecies rariores ſunt, nec niſi in remotis provinciis naſcentes.

Vidiſtin procul dubio dudum Seguierii Floram Veronenſem, ad me eandem miſit, nondum vero accepi.

Limnia Ruſſorum eſt vera Claytoniae ſpecies ſive Claytonia foliis ovatis, diverſiſſima a Claytonia (Gronov. Virgin. 125) foliis linearibus. Priorem deſcripſi in Actis Stockholmenſibus menſe Junii.

Nomine Societatis noſtrae iterum quaeſo, mittas obſervatiunculam pro Actis Upſalienſibus.

Varias Conchas legi, inter quas una maritima, ſed ſimul ſubterranea, duobus poris perpendicularibus inveſtiganda.

Alſine polygonoides Pluk. phyl. 75. f. 3. eſt novi generis planta diandra digyna.

Tu

Tu diu valeas et faveas. Dabam *Upsaliae*, 1746. Auguſt. 23.

EPISTOLA XIX.

Juſſu Regiae Societatis Scientiarum Tibi, Vir illuſtris, ſummas ago gratias pro binis Tuis obſervationibus, quas praefatae Societati nuper obtuliſti per D. Eberh. Roſen. Pulcherrima iſta obſervatio de *tunica oculi* in nuper natis omnes in admirationem rapuit. *Amethyſtina* planta opus habet deſcriptione; figuram, quam paravi, ſi ipſe non addere velis, ego adponam; ſi vero optimus Tuus pictor propriam habeat, melius eſſet, nam noſter pictor minus valet. Corollam ego aliter in meis vidi, ſed forte hallucinatus ſum, licet copioſe floruerit. Verbenas ad Diſtemones refero, cum nolim lacerare genus naturale; Sherardiae Valantii omnes Diſtemones ſunt et tres aliae, quas exſiccatas poſſideo. Proprii generis planta eſt Amethyſtina, uti ex viva vidi, Lycopi ſpeciem ex ſicca judicavi.

Occupatiſſimus quotidie ſum in colligendo generum ſpecies et ſynonyma. Tu *mihi* multum ſublevaſti in Germanicis vel Europaeis; niſi ſynonyma omnia colligantur, nunquam ſpecierum certitudo exſpectanda; tertiam partem Generum quoad ſpecies abſolvi, ſed creſcit numerus in infinitum; ſtudioſe differentias quaero; ſi abſolvere unquam valeam, laetabor.

Hisce diebus adfuit Dnus Eb. Roſen; dixit, ſe accepiſſe a Te *Tuam imaginem*, aeri inciſam et libro, cui eruditorum imagines inſeruntur, adnexam eſſe; iſte liber non occurrit in hac patria; oro itaque quaeſoque, pro antiqua Tua amicitia, mihi mittas imaginem hancce Tuam cum primo tabellario, quem avidiſſime exſpecto. *Poſſideo antea praeſtantiſſimorum plerorumque imagines, inter quas Tua deſiderari nequit;* ſi hic mercede proſtaret, quovis pretio emerem; nunc autem nequeo.

D. Eber-

D. Eberhardo tradidi pro Te duas Dissertationes, quarum altera de Museo Adolpho Fridericiano, altera, de Sponsaliis plantarum; promisit, se eas ad Te deferendas prima occasione. Museum istud minus Tibi arridebit, qui animalia vix, ut puto, curas. De altera vero Dissertatione, et quidem de generatione seu foecundatione ipsa judicium Tuum exopto.

Tu diu vivas et valeas. Dabam *Upsaliae*, 1746, die 24 Septembr.

P. S.

Accepi Seguierii Floras Veronenses; utinam Tuo modo plantas descripsisset, longe plura tum praestitisset.

Rediit Dnus *Mitchel* e Virginia, ubi sedulo per sex annos plantas collegit, sed in itinere a piratis Hispanorum omnibus spoliatus, non sine summo damno Botanices.

Ego in eadem navi amisi plantas et descriptiones plurimas, quas misit illustris *Colldenius* e Noveboraco.

Pro Tua imagine restituam meum *nummum;* cum autem pendeat circiter ℥j, quaero, non liceat eundem per tabellarium mittere, nec ne?

EPISTOLA XX.

Gratissimam mihi Tuam *imaginem* hac hora accepi et exosculatus sum; docet pictura, quod nunquam descriptio licet perfectissima valeat; tamquam viventes per multa secula ad minimum umbras hominum ostendit seris nepotibus et remotissimis.

In collectione specierum omnia quae unquam possum, synonyma colligo. Dilleniana in Musеis et Horto Elthamensi, ut et Tua ex opere Helvetico gratis assumo absque examine, utpote satis tutus; hinc valde mihi labor imminuitur.

Genti-

Gentianas istas Tuas etiam ego conjunxi; video ambas distinctissimas; easdem tamen esse species adhuc distinctas dubito.

Nisi varietates ad species reducantur, iterum numerus specierum adhuc magis augebitur et novae species quotidie prodibunt; omnis enim varietas habebit vel admittet aliquam novam.

Rubeolam miratus apud nos semper dari floribus albis, nunquam purpureis; examinabo ulterius.

Noli quaeso in singula Epistola me exculpare. Ego doleo magis quam Tu ipse velles (si modo scires) quod Te offenderim. Ego hoc publice ita exponam, ut nunquam Tu ipse hoc idem melius praestares. Ubinam Te culpem, quod Granadillas cum Cucurbitaceis junxeris? ego certe non memini; neque hoc in epistola; fugio enim omnia argumenta; nulla proposui; esto mitis et amabilis, ut soles; ego Tuus ero, uti jubes ipse.

Accepi hisce diebus sternam Faun. Succiae, 129 et delineare curavi, quam nunquam antea inter manus habui; rectrices intermediae 2 solae longissimae, cuius historiam propediem dabo.

Similiter e Norlandia accepi Muscum Norwegiae, umbraculo latissimo purpureo Gel. quem in appendice habet Dillenius de Muscis, natus 20 milliaribus supra Tornoam. Pileus est receptaculum istud, cui insidet capitulum (exempli gratia polytrichi) quod dilatatum est in membranam latissimam fere planam, in nostro specimine flavam; hanc antea nunquam vidi et puto Sphagni speciem esse.

Alsine ternifolia tua Hall. Helv. t. 7. an eadem cum planta synonyma Seguierii t. 6. f. 2. et cum Alsinoide Raj. Syn. edit. 3? An Tua instruatur staminibus duobus et totidem pistillis? Facies plantae siccae, quam ex Magnolianis possideo, videtur mihi alia, sed unicum specimen; plura stamina pingit Seguier. Monspeliensis planta magis polygo-

num

num refert; haec interrogo non ut obiiciam sed ut instruar ipse.

Nummum mitto; Tu uti ipse velis, facias.

Carolus *Tessin* est Senator Regis Regni Sueciae.

Clar. *Harlemann* est supremus aedificiorum regiorum et hortorum praefectus, in sua arte excellentissimus.

Claud. *Eckeblad* est comes inter ditissimos nostrates.

Andr. *Höpken* est eximii ingenii juvenis, unus ex fundatoribus Reg. Acad. Scientiar. Stockholmensis.

Negotia interrumpunt publice habenda; nolui deesse hac hora cum tabellario litteras mittere, ut testarer, quanti facerem imaginem Tuam. Tu vive et valeas et nunquam obtineas me pejorem inimicum.

Dabam *Upsaliae*, 1746, die 12 Octobr.

P. S.

Publicis impensis pro Academia nostra habebimus Acta, seu *Commercia Norimbergica* et *Bibliothèque raisonnée*. Quomodo obtineamus pro proxime insequenti anno, Tu forte dicere posses.

Thalictum minimum foetidissimum non habemus, nec habuimus.

Rhea ista duo ex facie distinctissima sunt, sed differentia specifica difficile eruitur alia, quam ex proportione desumta.

Acetosa montana lato folio T an Avi est floribus staminiferis et pistilliferis simul, seu mihi hermaphroditis?

In proximis fac ut sciam, utrum acceperis has litteras, ut si abstulerint, alias reddam.

Semina serenda sunt hoc autumno, loco minus calido, nec nimis gelido. Oryza recentissima est, illa autem non

non ante proximum vernale tempus loco apto. Thapsiae duae. Cyperus odoratus et aliae 3.

EPISTOLA XXI.

Hisce diebus prodiit *Iter meum Westrogothicum*, in quo character Algae et ter Tua encomia justa.

Imprimitur quotidie Flora Zeylanica, in cuius *praefatione dixi de Te, quod de nullo alio.* D. *Rosen* promisit, se illud missurum.

In Dissertatione novorum generum itidem Te, ut debui, extuli; haec adhuc sudat, intra mensem ventilabitur.

Ex hisce tribus videas, quod tuus sim, et magis quam ullus alius. Tentavi Tuam obtinere gratiam, si sit in humana potestate.

Nunc totus sum in historia morborum, quam publice doceo et privatim in mineralogicis.

An verum, quod D. Doppelmeyer, Prof. Math. Norimberg. ab electricitate in Hemiplegiam inciderit?

Quomodo Tu electricitatem in usum medicum trahas, totus orbis mecum scire desiderat.

An Te culpaverim in Dissertatione, quod Passifloras inter cucurbitaceas retuleris plantas? minime. Sic ego in fragmentis methodi naturalis; et adhuc idem sentio; nec unquam aliter. Doleo, quod sis iratus; alias ita nunquam explicares.

Vale et diu vive. Dabam *Upsaliae* 1747. die 10. Aprilis.

EPISTOLA XXII.

Cum ante octiduum *Stockholmiae* eram, Academia Regia Scientiarum Stockholmensis Membra extranea denomina-

minavit, uti Gesnerum, Insiaeum, *Te*, Gmelinum, Sauvagesium, Claytonum, Collinsonum, Swietenium. Mihi in mandatis dedit praedicta Societas et Academia, ut Te hisce litteris perofficiose *vocarem et invitarem;* hoece, levidense licet, animi mei pignus non respuas, qui natus es in scientiarum reformationem atque restitutionem. Quod si benigne excipias, litteras mittas ad Academiam Regiam Scientiarum Stockholmiae, ipsique significes, Te hasce meas accepisse. Vale.

Dabam *Upsaliae*, 1747. die 12. Maji.

EPISTOLA XXIII.

Suavissimas litteras Tuas, die 25 Maji scriptas accepi heri a Collega meo D. *Rosen*, cum incluso specimine denummo; in quo iterum amicitiae Tuae specimen habeo; gratus agnoscam.

Spero, quod D. *Rothmann* hisce diebus ad Te Floram Zeylanicam deferet, in quo plurimas species ad sua genera amendavi; utinam Tibi non displiceret.

Utinam numeris velles determinare species, quas siccas desiderares e Flora Suecica, mitterem mox; sed Lapponicas vix possum; distat nempe Lapponia longius a me quam vestra Göttinga; nec in Lapponia a meo decessu ullus Botanicus plantas Lapponicas legit; quas habui, dudum amicis dedi, excepto unico specimine. Reliquas Suecicas, fere singulas, possem comparare, modo scirem quas velles. Semina habeo nulla nisi Sibirica; sed ea pleraque, ni omnia, video in Tuo horto. Corradam tamen nonnulla si velis.

Kalmius hisce diebus petiit Angliam et inde petet *Canadam*, ut legat semina pro horto, eum Canadenses apud nos optime ferant hyemes. Ast ille meus discipulus et nuper constitutus *Oeconomiae Professor Aboensis; quod munus, me commendante, obtinuit.*

D. *Fern-*

D. *Fernſtroem*, qui ante duos circiter annos, meo impulſu, *Chinam* adiit, nondum rediit, ſed tempeſtatem exſpectat in India orientali; eſt collector plantarum egregius, ſed nil ultra.

Heri abiit alter uti Concionator, qui Indiam Orientalem cum navibus Indicis petet; eximius collector, licet parum alias verſatus ſit.

Hortum Upſalienſem abſolvi; proxima aeſtate habebis; ſed pauper adhuc.

Colligo nunc ſpecies quas vidi omnes, et propriis generibus ſubjicio, quas edam cum Syſtemate.

Ludwigii definitiones nondum vidi, Linderum vero accepi, ſed parum praeſtitit. De Gorteri Flora nondum ad meas manus pervenit, uti nec D. Gmelini Sibirica. Barrerii Ornithologia pulchra eſt, ſed deficiunt deſcriptiones.

Materiam Medicam fere abſolvi, ſed Agallochum, Lignum Rhodium, Carannam, Elemi, Sagapenum, ſ. Ammoniacum, Myrrham, Thus, Balſamum peruv., Aniſum ſtellatum, Myrobalanus Chebul, Belliric. Citrinum non novi; ſcilicet plantas unde deſumantur; ſi noviſti, quaeſo impertias.

Bellevedere hoc anno floruit in horto, ſed hac nocte gelu plantas corrupit; ſtamina in noſtris plantis non reperi, quaeſo inquiras, an dentur individua maſcula?

Ineluſa ſemina ſunt Arbati iſtius Florae Suecicae 340, ſed forte habes ex Alpibus Tuis. Noviſti, quod ſerenda ſint in terra ſabuloſa macra. Sunt recentiſſima et hodie e planta deſumta; mox ea terrae mandes, ſub dio.

Nil apud nos novi. Urſi cauda elongata deſcriptionem dedi in Actis Stockholmenſibus.

Adhuc ſudant Acta Upſalienſia, in quibus Tua obſervatio pulcherrima et vere nova de tunica oculi embryonum.

Hisce vale. Dabam *Upſaliae* die 23. Octobr. 1747.

EPISTOLA XXIV.

Legi recensionem Tuam *Florae Zeylanicae* in novis Litterariis; ex ea intellexi Tuum generosum in me animum, unde non leviter fui excitatus. Curabo in omnibus meis posthac opusculis, ut idem a me experiaris.

Misi ad Te cum studioso, qui ante aliquos dies discessit Göttingam, Hortum Upsaliensem, qui continet brevem Catalogum plantarum in gratiam studiosorum, absque ullis observationibus.

Dolui, quod non acceperam Acta Upsalienſia, Tu eadem mittere potuissem, in quibus binae Tuae observationes pulcherrimae de Amethysina et nova Tunica oculi dudum impressa sunt; mittam prima occasione.

Ante ferias aestivales tres Dissertationes academicas proponam ventilandas.

1. De Surinamensibus Grillianis, qua continet Serpentes et Animalia.
2. De usu plantarum Suecicarum oeconomico.
3. De homine curioso admiratore Creatoris.

Hisce diebus incipiam imprimere *Materiam Medicam*, qui liber mole erit parvus. Demonstrationes et excursiones *botanicos* me totum occupant. Domus instruitur in Horto pro *Museo Academico*. Si. D. *Ternstroem* vivat, qui Chinam ante duos annos adiit, eundem hac aestate reducem habebimus.

De *Kalmio*, post accessum Londinum, nihil audivimus; eundem tamen dudum iter in Canadam suscepisse non dubito.

Occupatus adhuc sum cum itinere Domini *Hasselquist* in Terram Sanctam. Vellem, quod aliquis Botanicus deferi-

ſcriberet floram Palaeſtinae, ut Philologi et Theologi facilius et certius plantas biblicas extricarent.

Proxima aeſtate, ſi vixero, *Scaniam* peragrabo juſſu Regio.

Miſi itidem cum ſtudioſo Diſſertationem de Cryſtallorum generatione.

Nil novi in noſtris terris, omnia a veſtratibus habebimus.

Semina quae miſiſti, pulchre excreverunt; ſi quasdam e meis deſideras, exceptis iis, quibus ſignum Crucis † eſt adpoſitum, moneas et curabo ut habeas.

Vale et fave. Dabam *Upſaliae*, 1748. die 28. Maj.

P. S.

Pater meus Nicolaus Linnaeus, natus 1674 die 1. Julii, hisce diebus obiit, ſive die 12. Maji. Fuit ſummus aeſtimator plantarum variorum, et ſemper habuit ſelectum portum plantarum non vulgarium.

EPISTOLA XXV.

Per Dm. Miſſam habere ſuaviſſimas Tuas, refertas candore et amicitia ſumma; hanc colo, hanc aeſtimo et magni facio. Quidquid velis de meis dicere, poteris omnino; inde mihi nihil recedit, modo Tuam habeam amicitiam; nolo eſſe inimicus cum ullo, multo minus cum heroe in arte et antiquo amico.

Si poteris me audire, ut amicum candidum, ego ſuaderem, quod deſiſteres ab apologiis cum *Hambergero* et aliis. *Non eſt ille Tui par; quantum ille Te inferior eſt, tantum illi accedit de fama, qui alias lateret, paucis notus, niſi ſuis proximis.* Noſtrum ſpeculum, *Boerhaavius* nunquam reſpondebat. Memor ſum illius effati ad me; dixit mihi: *nunquam debes reſpondere ad apologias*, et hoc mihi

promittas; promisi, et inde maxime profeci. Tuae horae publico nimis pretiosae sunt. Tu poteris magis quam centum alii contribuere in augmentum scientiarum; *plurima pars hominum judicat, quod non intelligit.* Vide, quomodo reges bella gerunt; victores evadunt cum ruina plurium millium subditorum; sic eruditus vincit cum jactura plurium meritorum suorum. Beatus *Dillenius* a paucis fuit amatus ob litem cum *Rivino*, licet victor evasit; doluit hoc deinde multum; et se hoc doluisse mihi ipse narravit. Si vera nostra sunt, aut falsa, erunt talia, licet nostra per vitam defendimus; post fata nostra pueri, qui nunc ludunt, nostri judices erunt. Nunquam Hambergeriana persisterent, si velle ille victor evasisset in re erronea. Perpende antiquorum controversias in re herbaria; legas; nonne nauseam movent? Multi legunt apologias cum oblectamento, *sed nunquam amant personam acrem, sed horrent et rident.* Tu facias in Re Tua ut placeat; meum est tantum uti amicus consulere. Non debet imperator nimis diu bella continuare. Cogit hostem saepe ad ea, quae ipse non cogitaverat; immiscetur saepe aliis proeliis: sic facile accideret, ut *Hambergerus* acciperet amicum, qui inciperet Tua adroderet omnia; forte arriperet, quae nunc non intellexit, in quibus forte caderes. Ego haec Tibi dixi, ut amicus fidelissimus, et peream, si non haec dixerim uti amicus integerrimus. Si Tu aliter haec excipias a me dicta, valde peccas.

Marisecum ego examinavi, et vidi optime differentiam istam, quam Tu observasti a Schoeno Flor. Lapponicae et haec notavi in Itinere Gothlandico; sed observes quaeso reliquas species; et videas dein, num debeas novum genus condere; observa faciem, modum florendi etc.

Exspectamus methodum Tuam, quam promisisti Missae, reformatam, ut potero eam inserere classium plantarum mearum novae editioni. Cum liceat et occasio sese praebeat, mittam ad Te Dissertationem de Curiositate naturali;

rali; ego ſupplicibus verbis a Te petam, uti eam *antice recenſeas* et hoc ob certas cauſſas; ne haec charta vacua veniat in manus Tuas, dabo Tibi Muſcum pariſſimum, quem forte non poſſideas. Muſcus eſt Norvegicus umbraculo ruberrimo Petiver. Vide Dillen. muſcor. Append.; invenimus et eundem umbraculo ſaturate flavo. Mira nobis narras de Arctoti, quod ſemifloſculi radii abortivi et diſci fertiles ſint, non credebam propriis oculis vel calamo, adeoque hac hora iterum examinavi flores. Sed ſunt in meis floſculi radii inſtructi ſeminibus magnis villoſis, corona paleacea obtuſa coronatis; floſculi diſci tantum gerunt ſemina anguſtiſſima exſucca et fere nulla. Annon Tu aliud habeas genus, vel annon habeas ſpeciem, mihi non viſam?

Taeniam examinavi, et reperi 14 vivas integras; quaeſivi caput, quod omnes mediei in lumbrico lato quaeſiverunt, ſed fruſtra. Falſiſſimum eſt caput, quod *Tulpius* habet in obſervationibus et fruſtra quaeritur caput; nam caput eſt in ſingulo articulo et os in ſingulo articulo, in una ſpecie ſubtus, in altera ad latus. *Nullus mortalium potuerit intelligere hunc vermem, qui non intellexerit polyporum naturam*, de quibus recentiores tam multa. *Habet taenia naturam polyporum et propagatur ſecedentibus articulis*, dum quilibet articulus vivit et accreſcit in perfectum corpus; inſerui Actis Upſalienſibus nunc imprimendis.

Tandem intellexi, qua ratione margaritae naſcantur et generentur in conchis; et potero jam efficere *) *ut quaelibet concha margaritifera, quam licet in manu tenere, poſt 5 vel 6 annos ferat margaritam magnitudine ſeminis e vicia vulgari.*

Vidiſti proeul dubio Volumen 8 Actor. Naturae Curioſorum et ibi Mitchellii nova genera; ſunt

*) Ob id inventum ab ordinibus regni ſplendide poſtea remuneratus fuit *Linnaeus*.

certo	Cynorrymbium	eſt	Mimulus
	Diconangia		Itea
	Memecylon		Antromeda
	Pentſtemon		Chelone
	Melilobus		Gleditſchia
	Spondylococus		Callicarpa
	Trilopus		Hamamelis
	Trixis		Proſerpinaca
	Aphyllon		Orobanche
	Chamaedaphne		Lonicera
forte	Aronia	erit	Acorus
	Corion		Arenaria
	Elymus		Zizania
	Erebinthus		Cracca
	Hedyoſmus		Ziziphora

Vera et genuina genera: Aonide
Angioplavis
Viticella
Malacodendum

Imperfecta: Garosmus
Leptoſtachya
Myrrha
Helix.

Difficile valde fuit haec extricare.

Ego non ſeduxi Te, optime Amice, cum dedi recenſionem membrorum ſocietatis regiae Stockholmenſis; fuere omnes, quos ſcripſi, electi et mihi in mandatis datum, ut ad eos ſcriberem, licet Academia nullos alios receperit, quàm ſolum eos, qui reſponſum dedere et teſtificati ſunt beneplacitum.

Nomina ſpecifica in Horto Upſalienſi plura emendaverim, cum plures jam noverim ſpecies; certe qui non attendit ad omnes notas, errat quoties ſcribit nomen, non habito reſpectu ad omnes notas. Vale et diu vive hoſpes.

Upſaliae 1748. die 13. Sept.

EPI-

EPISTOLA XXVI.

Gratulor Tibi, Vir illuſtriſſime, novos honores novamque *nobilitatem*, quam induiſti, quanquam dudum antea doctiſſimis Tuis ſcriptis nobile nomen comparaſti, quod nunquam periturum ſit. Interim vergit in augmentum ſcientiarum, quum Imperantes ſic excitant ſumma ingenia ſplendidiſſimis honoribus.

Accepi pro Te ſchedulam a Dno. de Sauvages, Profeſſore Monſpelienſi, intra quam opuſcula nonnulla impreſſa obſervantur. Hanc mittam ad Te prima data occaſione, quam indicare promiſit D. Roſén.

Nunc expoſtulante typographo, paro *alteram editionem Florae Suecicae*, expunxi et emendavi jam omnia, quae olim in litteris ſcripſiſti; ſi ſuccurrat aliud quodcunque, moneas in tempore; ego nunquam Tecum litigabo.

Wishof poſtulavit novam editionem *Claſſium plantarum;* mittam tempore vernali; inſeram Tuam methodum; ſi velis eandem ſcriptam mittere, inſeram eandem verbotenus; ſin velis, quod ipſe transſcribam, fiet; emendabo tamen, quae ipſe moneas, nec alia.

In Scania vidi flores utriusque Calamiſtri, tam mares quam feminas, Calamarium Calamiſtrum puta, quod Dillenius in hiſtoria Muſcorum delineavit.

Vivas diu felix. Dabam *Upſaliae* 1749, die 26. Septembr.

VIRO ILLVSTRI

PENNANT. LONDINENSI

CAROLI LINNÉ.

— — „ Pro gaudio exultans, quod detexeras *conchan anomiam*, a nullo mortalium antea visam, quoque facem accenderas scientiae naturali luculentissimam in deperditis hucusque concharum generibus. De hac concha die noctuque cogito; de ea loquor hodie, noctu de ea somnio. — Vale.

Upsaliae, Dec. 3. 1756.

AD EVNDEM.

Diu audivi, D. *Troil* secum adduxisse dona Tua, quae avidissime exspectavi. Redux tandem pridie ad nos accessit et mihi obtulit *Synopsin Tuam of Quadrupeds et Zoologiam Indicam*, (1771. 8. cum fig.) Pro singulis grates reddo quas unquam possim calidissimas. *Synopsin* Tuam legam et relegam millies. Multa in ea occurrunt lectu mihi jucundissima et maxime utilia, quae in succum et sanguinem vertam. Perlecto hoc opere, multa a Te quaeram, nec unquam me ingratum senties. Non de methodo disputabo; mihi perinde erit, utrum naturae color sit *Lutheranus*, *Calvinianus*, *Judaicus* aut *Mahometanus*; unice notitiam specierum

rum quaeram. O utinam viderem reliqua opera Tua, inprimis *de avibus*, quam multa inde addiſcerem, quae etiamnum me fugiunt! Tua *Indian Zoology* (Londin. 1769. fol. cum fig.) perpulcra erat, pulcherrimae figurae rariſſimarum certe avium, deſcriptiones etiam exactiſſimae.

Vale. Plura proxime.

Upſaliae, 1773. 2. Maji.

CAROLVS A LINNE'

ARCHIATER REG. ET EQVES AVR. ORDINIS

DE STELLA POLARI,

REGIAE ACADEMIAE SCIENTIARVM PARISIENSI *).

Per litteras Excellentiſſimi Comitis, Domini de *St. Florentin*, certior nuper factus ſum, Auguſtiſſimo Galliarum Monarchae placuiſſe, communibus ſuffragiis Veſtris electum me commendatumque inter extraneos Regiae Scientiarum Academiae Pariſinae ſocios clementiſſime cooptare.

Mortalium nemo plane gratis laborat. Induſtriae ſtimulus eſt propoſita cuique praemii alicujus amica ſpes. Quod ut in opibus fere ac divitiis vulgus, ita nobiliores animi in honore potiſſimum et verae ac conſtantis gloriae fructu

*) Cujus nuper Socius factus erat, qui honor ante illum contigit Suecorum nemini, poſt illum unice *Torberno Bergman* et *Petro Wargentin. Quum in elegantiis latinae linguae non habitaret Illuſtris a Linné, has litteras, Suecice ab Auctore exaratas, latine reddidit* Latialium penes nos Muſarum, dum vixit, peritiſſimus arbiter, Celeb. Bibliothecarius Upſalienſ. *Bergerus Frondin*, cujus verſionis prototypum mecum amiciſſime communicavit Paterni Nominis heres filius, Reg. Dicaſterio Stockh. adſcriptus. Vid. *Analecta Epiſtolarum, in primis hiſtoriam et res litterarias Sueciae illuſtrantium.* Fasciculus I-III. Collegit, recenſuit et edidit *O. A. Knös*, Dr. etc. *Upſal.* 1787. in 4. No. 5.

fructu collocant, si minus a suo saeculo, quae rarior felicitas, ab aequioris tamen posteritatis sincero judicio impetrandae.

Inter humani ingenii conatus praecipue illis gloria debetur, qui scientiis, publicae rei et mortalium generi universo inservientibus, patriam suam et orbem juvant simul et illustrant. Ut ardua, sic immortali laude digna res est, angustos cognitionis nostrae terminos extendere et veras humanae mentis opes augere: nec immerito illustrior Sapientis de regnante ignorantia et barbarie, quam laureati cruenti Herois de hoste victo triumphus judicatur.

Aemula in hoc tam illustri, tam salutari opere clarorum ingeniorum virtus, ultra omnem prioris aevi spem, et ipsam paene votorum audaciam, patrum nostraque memoria Scientias per Europam provexit, dum densa barbaries, antiqua regna retinens, maximam reliqui orbis partem tenebris adhuc involvit.

Excultae vero scientiae in eam, nostro inprimis tempore, amplitudinem excreverunt, ut unicae illarum vix sufficiat integra vel annosi hominis et diligentissimi vita. Paucis itaque solis datur, magnum quid et vere novum, et Saeculi hujus luce dignum, in eis amplius praestare.

Quare socia plurium opera et junctis ingeniorum viribus nunc maxime opus est. Quo consilio magnorum Principum auspiciis natae sunt, partim docentium publice Professorum Universitates, partim proprio inclarescentes Scientiarum Societates et Academiae. Sed dum in *illis* adstrictiore instituto tirones ad clepsydram erudiuntur, in *his* liberiori altiorique conatu ad fastigia sua ipsae enituntur Scientiae.

Quo nomine veteris gloriae suae principatum ita adhuc tuetur, ita novis quotidie titulis auget amplificatque, digna *Ludovici* utriusque magnitudine, digna cultissimae gentis splendore, illustris *Parisina* Vestra, ut jamdiu major nul-

lus

lus ſive indigenis, ſive natis extra Galliam ingeniis honos contingere poſſit, quam in illo eruditorum primi ordinis compendio, locum obtinuiſſe.

Ideo maxime, quod veris et eminentibus intenta ingeniis, electio Veſtra nunquam, niſi forte in me uno, erraverit, nec frequentia viluerit.

Me melius nemo novit, quam pauca ex his, quae diuturno labore à teneris quaeſivi, attingere potuerim. Naturae arcana, per immenſam rerum varietatem diffuſa, et in contemtis vulgo calcatisque minutiis maxime admiranda, alte nimis recondita jacent, certanti Saeculorum omnium induſtriae fat futura materies.

Ab aetate mea et conſumtis prope viribus licet pauca amplius exſpectanda videantur, anxie tamen, dum vixero, enitar, ut intelligatis, quanto in pretio Veſtri de me judicii honorem, eruditae ambitioni ſupremum, ducam. Et ſatis vixiſſe mihi videbor, ſi veſtra me dignum ſocietate, ſi gratae erga Vos et tenero Veſtri beneficii ſenſu obſtrictiſſimae mentis affectum, ullo verbis majore documento, Vobis et orbi probare potuero.

Floreat ſui ſemper ſimilis, Veſtraque luce et auguſto ingentis *Ludovici* patrocinio, quo majus nihil ad celebritatem, gloriam, felicitatem optari poteſt, diutiſſime fruatur Illuſtriſſima Veſtra Scientiarum Academia Regia.

Upſaliae, anno 1763.

EPISTO-

EPISTOLAE LINNAEI

AD

VIRVM ILLVSTR. CAR. PET. THVNBERGIVM, SCRIPTAE QVVM HIC ITER FACERET IN REGIONES AFRICAE ASIAEQVE CELEBERRIMVM.

EPISTOLA I.

HÖGLÄRDE HERR LICENTIAT.

Nu far jag pa en gang aflägga tackſägelſe för alla 3 *breſven*, ſom oek tielika för fröen. Reſan till *Iapan* är betänkelig, oeh lika ſa lang, ſom till *China*. Den, ſom aldrig gjort den reſan, hiſnar da hon nämnes; men den ſom gatt till Indierne en eller annan gang, aktar det ej mer, än vi, da vi reſt till Academien. När man genomgatt den, ſom Naturaliſt af ägta ſlaget, är väl ett par ar pa en ſadan reſa mera betydande, än 10 pa condition. Aldvig har nagon ex profeſſo Botanicus varit där förut. Aldraminſta hopen af örter har Vettenſkapen fran Iapan. *Den, ſom vill vinna nagot ſtort, maſte ock vaga nagot högt.* Fölg Eder lag, ty af den finner M. H. ſin Kallelſe. Det har väl ieke varit ſine Numine, at M. H. fattat ſa ſtor Luſt för Botaniquen och Entomologien, ſom Gud vid denna tiden velat

för

för oſs uppenbara. *Fata tillbjuda oſs ſällan var lycka mer än en gang;* vaga vi da taga emot äro vi lycklige, eller olycklige för en gang. *) Da böra vi ſe, efter om Gud har ärnat oſs därtill; ſom ſyns af den hag och luſt Var Herre förut har i oſs planerat; da han ſjuf gjordt det, är han i ſtand at ſtälla alt till godt ändamal.

Det vore roligt at leſva till M. H. ſade oſs, hvad vore

Nagi Kaempher. Amoenit. 777 an Myrica?

Tobera — — 797

Sicku — — 809

Gingko — — 811 Vi hafar henne i trädgarden, men ingen ſedt fructification.

Mokokf — — 874

Somo — — 881 Aniſum ſtellatum an idem cum floridario?

Obai — — 879 an eadem ſpecies cum Carolina?

Man kan ſe af *Kaempfers* ofullkomliga Catalogue, hvad ſtora ſaker där vore at uptäcka. Vagar M. H. ſa ſtort auſus, ſa beder jag det fa vetta at jag far recommendera nagot at obſervera. Tänk om M. H. Kunde blifva *den 3dje Euro-*

*) Raro fata ſaepius una vice fortunam nobis offerunt; quod ſi tunc reſiſtimus, ſtatim vel felices vel infelices ſumus.

Europaeiſke Archiatren pa Japan. Kaempfer, Cleyerus och M. Hre; ſa har Gud gjort förut; kan och göra härefter; men om det ej blefvo, ſkulle dock hela Europa önſka ſig ga M. H. till ſin. Denna reſan är ej ſa farlig, ſom man föreſtäller ſig hemma. Störſta farliheten är pa de Nordſke Kuſter; det öfriga gar mäſt med paſſade vindar, ifran Sverige till China. Mindre fara fran Holland. Hvarföre ſkulle ej M. H. L. vilja blifva *Medicus* pa *Oſtindiſka Skepen* i *Götheborg*, ſom ga till China, det ſa manga vara Medici ſöka och ej fa. Hura mycket mer, at hafva ſamma förman pa utländſht Skepp, hälſt at fa ſe *Japan*, en ſa rar ort i verlden.

Jag förblifver

Hr. Licentiatens

hörſamme Tjenare,

Upſala, *Carl Linné.*

1771. d. 27. April.

EPISTOLA II.

MIN KÄRE HERR LICENTIAT,

Jag gratulerar Eder till det öde Gud beredt Eder genom de Hederlige Herrar *Burmannos;* Hr. Lic. far nu tillfälle at göra ſig namnkunnig och odödelig. När J kommen

i Edert

i Edert rike, ſa tänken pa mig. *) Ingen efter Botaniſka Reformation har ſedt Japan. *Kaempfer* har atſkilliga hvars genus vi ej ens veta. No. I. Kommer H. L. till *Amboina*, ſa lät oſs veta characteren pa atſkillige, ſom fattas, beſynnerligen pa No 2. Vid Cap växa ännu manga, hvilkas fructification är oſs okunnig, ehuru jag har manga i min *andra Mantiſſa*.

Jag är helt viſs, at Hr. L. Kommer bade bort och hem lyckligen, ty det ſer jag af ett viſt omen. *Solander* vagar ſig än en gang aſtad; Licent. *Gahn* lärer ga med. Capſke Inſecterne hafver ödet ſparat till Eder att förſt ſamlas, utom den halfva Centuria, jag har uti Muſeo Reginae; men detta är intet emot ſa manga. Far ſe om H. L. har courage att ſkänka mig nagra; det jag tviflar.

No. I. Inter Kaempferianos quid Sicka Tab. 809
quid Gingko 813. Arborem non florentem habemus.
quid Mukokf 874
— Skimmi 881 An verum Aniſum ſtellatum.

N. 2.

*) Gratulor fatum, quod Deus Tibi per viros cl. Burmannos paravit. Opportunitas nunc Tibi eſt, nomen celeberrimum et immortale nanciſcendi. In regnum Tuum quum adveneris, mei memor eſto.

N. 2. In Amboinenſ. innumera
quid Caſuarina?
quid illa Ananas affinis Dioica fructu
ſicco; an ex familia Palmarum?

Vale et abi feliciter, quo Te fata ducant! Mei memor eſto!

C. Linné.

Upſaliae,
1771. d. 1. Octobr.

EPISTOLA III.

EDLE OCH HÖGLÄRDE HERR DOCTOR.

Förledit ar ſkref jag väl till Hr. Doctoren, och aflade min tackſägelſe för de vackre örterne; men ſom pa ſa lang aflägſen väg, poſten med Skeppen är orſaker, ſkadar ej, at jag den förnyar.

De mange *Oxalides* voro förträfflige, ſo väl ſom de flere Hypoxides; ja, alleſammans voro rariſſimae. *Lät mig veta, hvilket Genus ſkall kallas efter Hr. Doctoren.* Eder ört med 3 ſtamina pa blommam, nagot lik Crocus, men Monadelphiſt, fordrar nytt namn. (Galaxia — *Thunberg.*) Ett träd, ſom är Dioeciſt, 15andria, 2 gynia . . . ſkall ock fa egit namn. (*Montinia*) Ett träd ♄ S. cui calyx 4partitus, receptaculo dilatulo, corolla O, Stam. 4. Germen inferum, ſtigmata 4, ramuli ancipites.

Tack för communicationem af de manga commune Inſecta.

Suedelius är Poëſeos Prof. efter Orientalium Profeſſor *Aurivillium*, ſom ſuccederade *Heſſelgren* Theologum. Obſervator *Mallet* är Geometriae Profeſſor efter *Mellercreutz*, ſom tog afſked. Unge *Berchen* ſuccederade *Froſterus* uti Commercior. Profeſſionen. Secret. *Boudrie* och Adjunct *Palmberg* hafva Profeſſors Character. Var *Colliander*, eder Succeſſor, blef endaſt nu Magiſter af Vara. Paſt. *Lallerman* i Hallaryd är död för detta. Proſten *Hallenius* i Tierp död.

Det är här ſagt, at Hr. *Sparrmann* följt Dr. *Forſter* at Södre polen; mon det är ſant?

Lät mig veta huru det gar vidare med Eder reſa. *Jag önſka lefva till deſs Hr. Doctoren hemkommer, och föreſtäller mig den nöjſamma tid och ſallſkap, at fa ſe Edra Lagrar och vara i Eder triumpho Florae.* Paſtor i Stockholms Storkyrka blef Biſkop efter *Schröder*, ſom dog. *Hälſe den täcka Floram Capenſem ifran mig*, ſom är.

Min Kære Hr. Doctors

Upſala,

1773. d. 17. Junii.

lydige Tjenare

Carl Linné.

EPI-

EPISTOLA IV.

ÄDLE OCH HÖGLÄRDE HERR DOCTOR,

FLORAE LEGATO AD CAPENSE REGNVM.

Jag kommer med ſa mycken tackſägelſe, ſom jag nagonſin kan frambära, för de manga härlige, raraſte och nyäſte växter, Hr. *Doctoren* täkts ſända mig utur ſitt paradis. *Aldrig har jag haft meras fägnad och hugnad of nagon Botaniſt. Jag kan rent ut bekänna, at jag aldrig trodt Herr Doctoren om ſa mycken reſonabilitet, utan altid förmient, at H. Doctoren vore nog förbehallen; nu har jag erfarit annat.* *) Hr. Doctoren han gjort mer vid Cap, an alla andra tillſammans, ſom där värit. Jag har 8 dagar arbetat med deſſe växter, och torde ej kunna expediera dem annu pa en manad. Var god och ſänd mig et fullkomligare Specimen af No. 403, och ſäg mig frukten pa inneliggande lapp anteknade, ſom Archiat. *Baeck* fatt. Ingen ting önſkade jag högre än at lefva den Dag, H. Doctoren tillbaka kommen, tillſtadde mig tala med ſig om deſſe förträffliga växter. Jag ſaknar *Thunbergiam*, den jag ändteligen

*) Nullus unquam Botanicus tantum voluptatis et gaudii mihi creavit quam Tu. Ingenue quidem fatendum, tantam generoſitatem me nunquam a Te exſpectaſſe. Semper opinatus ſum, Te parum communicaturum. Sed nunc aliter expertus ſum.

bör hafva i min ſamling, ty jag eger mäſt alla af mig determinerade Genera.

Oändelig tack för de härlige Bulbis; knapt hälften voro ſkämde, de andre bärgade ſig. Gud gifve, at de ville ſägna mig med ſine blommor, de ſkola da demonſtreras publice, at jag får tillfälle uttolka Edra meriter.

Kære, ſänd mig nagra frön af Capenſibus, de torde växa och framkomma uti Horto Botanico. Pa Jackten ifran Stockholm är nu ett Paquet pa vägen hit, hvilket kommit fran Cap. bon. Speranee till Paris, och lärer vara det Hr. Doctoren ſa gunſtigt ſände och omtalte i ſenaſte bref.

Om Herr Doctoren får ſe Chryſitrix, ſa ſe noga efter ſexus och frukten. Växter liknar aldeles Siſyrinchium, ſom växter hos Eder; men har i ſtället för blomma pa ſidan af bladet en borſta af ſetis — —.

Näſta poſt ſkall jag ſkrifva mera, men nödgas nu öfverſända detta haſtigt, ty min Vän, Hr. Doct. Montin, ſagär, at Skeppen ſkola ga bort.

(Sine nomine ſcriptae erant hae litterae.)

EPISTO-

EPISTOLA V.

ÄDLE OCH HÖGLÄRDE HERR DOCTOR,
FLORAE LEGATO ILLVSTRISSIMO,
AMICO SVO SINCERO.

CAR. LINNÉ.

Pa en dag fick jag Hr. *Doctorens* ſota bref, ſom gjorde mig otrolig fägnat, likſom alt det förra. Hr. Doctoren blifver nu en af vara ſtore Botanicis.

Bladhia frugtar jag ej blifva nagot nytt Genus.

Augea Känner jag intet, ſom jag beklagar, ty jag vill gerna uptaga Hr. Doctorens genera.

Stellina, Stellera och Stellaria *) äro näſtan till namnet för mycket lika; men jag frugtar ännu at Stellena är ſamma genus naturale med *Hypoxis;* nog gifvas notae diſtinctivae, men om ock Genera däreſter ſkulle delas, blefve en ſtor confuſion i Hyacinthus, ja, ſnart i alla generibus. Man Helanias minuta höret hit, kan jag häldre böra tro Hr. Doctoren än mig, ſom allenaſt fick torra ſpecimina; jag tyckes minnas at ſtyli voro ſynnere. tillbakas bögde. Aero pedunculi alterni och ej umbellati, kan hon omojl. blifva ſamma genus med de andre Stellinae.

*) Hypoxidis generi adnumeranda.

Arabis capenſis et trifida likna till frukten ſa mycket Heliophilas, at jag vagar fraga, om ej de Kunna Komma under ſamma genus.

Helonias viridis. Utaf facie et figura florum ſkulle jag aldeles tro, at denna voro et Melanthium, och maſte det vara. *)

Montinia reticulata maſte vara Heliconia, **) churu man maſte jämka characterem. Lät Eder *Sparrmannia* breta Montinia, ty jag kan intet ändra min Sparrmannia, ſom jag redan närat och är Hexandr. 3gynia.

Anthericum ſpirale. Hon växte i Kruka, men kom ej till blomma, altſa oſaker om genus, ſom ej ſag corollam. Om flores äro umbellati och pedunculi ej alterni, torde den väl blifva en Crinum churu olik, annars intet.

Adonis aethiopica är en dotter af Adonis capenſis med olyklig fader af nagon umbellata viſſerligen upkommen per generationem hybridam. Kan intet denna med Adonis capenſis utgöra, et a parto genus 2fran do andre Adonides. Det Kan endaſt Hr. Doctoren ſe pa mogen frukt.

Monsſonia lärer Hr. Doctoren Känna af min Mantiſſa, ſom är ſa mycket lik med Geraniis multifloris. Jag kun

de

*) Eſt melanthium viride.

**) Eſt Strelitſia Horti Kewenſis.

de intet annat än le da jag det andra ſpecies foliis bipinnatis, ſom äfven var hybrida, men dock propaganda et fertilis.

Anthericum ſpecioſum admodum in hoc genere ſingulare; jag tviflade ſjelf, an jag väl kunde ſe.

Cynogloſſum Capenſe. Man nog diſtinct ſpecies.

Penaea laterifolia. Om alla ſpecies hafva folia oppoſita uteſcates det in differentia.

Linum Aethiopicum. Differentia diſtinguerar intet fran congeneres.

Anthericum cauda felis. Hafva filamenta barbam? Aero folia equitantia ut Iris? Heliophila. Har intet all Heliophila folia alterna.

Geranium divaricat. Aero ſtamina 10 aequalia? Aer intet calyx tubuloſus.

Ibland Edra till Arch. *Baeck* var en, ſom jag ej pa nagot ſätt kan begripa. Frutex: folia quaterna, conferta, linearia, pini latiora. Inter folia flores monopetal. tubuloſi, 5dentati, 5andri, gon. germen ſuperum; ſtylofiliformia; hvad i Guds namn är denna? Jag Känner ej det minſta ſläkten. *)

Min Käre Hr. Doct.; Kalla intet upp andra, än dem, ſom hafva merit i vettenſkapen, annars lider vettenſkapen,

*) Retzia Capenſis.

lider Hr. Dns. egen authoritet exiſtimation. Om jag rader, vill jag, ſedan Hr. Drn. utgifvit ſitt, behalla Hr. Dns. namn. Låtoſs göra ett partie. Dr. *Montin är Botanicus väl förtjent och hederlig, men ej ſa alla andra ännu, ſom med tiden Kunna blifva.* Blif intet ond at jag talar candide; jag ſkall gerna foga mig. *)

Tänk Commercen, ſom lade ſig at dö, innan han fick ut en enda ört; och höllt ſitt ſa heligt, att han aldrig utgef en enda. De Bulbi, ſom Pater förde med ſig hem, de kommo rigtigt till Frankrike och lefva. — Tuſende tack för de manga Dulbi, Hr. Drn. ſände; nagra ſa lefva; äfven Palmträdet; hvad var den ſtora bulbus, ſom var ſa inaequalis.

Aer intet min Colpoon Evonymi ſpecies? Hvad, i Guds namn är Syphilas monadelph. 4petala regularis? **)

Aer

*) Plantas ne denomines quaeſo, Chariſſime Doctor, quam ſecundum viros, qui de ſcientiis demeriti ſunt. Hae enim ſi quid detrimenti patiuntur, patitur et Tua ipſa auctoritas et exiſtimatio. Si per me ſtaret, vellem equidem nomen Tuum retinere, usque dum Tua edideris. Conveniamus de re. Doct. Montin Botanicus eſt multum meritiſſimus et clariſſimus; ſed non ita omnes ceteri, quibus gloria adhuc conſequenda eſt. Veniam dabis, quod tam candide rem exponam. Equidem lubenter me commodabo.

**) Aitonia Capenſis.

Aer möjeligt, at nagot Calophyllum växer vid Cap.

Cacalia ſcandens man intet Eupatorium. Jag ſer ett Paradis i Cap, da Hr. Dn. bekrifver deſs berg, fält, ſkogar. Sa växer och Guajacum där ſponte.

Sed noga efter Sexum pa Brabejum.

Lät oſs göra ett Syſteme: neml. Arch. Baeck, jag, Doctoren, Spärrmann, Montin och nagra till ſom jag vill proponera; jag ſkall atminſtone ſkänka Hr. Doctoren af mina dubletter, tva tre ganger ſa många, ſom dem Hr. Doctoren ſändt mig.

Andromeda droſeroides är quoad numerum fructificationis Erica, ſed, quoad naturam Andromeda.

Hermas, den ſtora umbellata med hela ludna blad har brydt mig myeket. Hermas Mantiſſae maſte vara antingen ſexu eller ſpecie diſtinct ifran Edra; är hor ſpecie diſtinguerad, ſa maſte jag fatt 2ne diſtincta ſpecies, en ſtor och en liten; eller är det möjl. att deſſe 2ne ſednare äre varieteter.

Kan nagot Theſium gifvas foliis oppoſitis, ſom Bergii Colpoon.

(Epiſtola haec ſcripta erat ſine nomine.)

EPISTOLA VI.

ADLE OCH HÖGLÄRDE HERR DOCTOR,

MIN KÄRE LANDSMAN.

Rigtigt har jag bekommit i ſommar 2ne paquet af Hr Doctorens oförlikliga vänſkap med ſa manga rara växter, at jag hiſnat därvid, hvarpa jag roat mig alt ifran midſomma ren med ſtörſta ſägnad i verlden. För hvar enda växt är ja Hr. Doctoren pa det aldrahögſta förbunden. Gud gifve ja lefde den dag, da jag finge ſom deſſe ſpraka med Hr. Docto ren. Jag har ock fedt Arch. *Baecks* vaeckra ſamlingar, hvilken ſenare nagra förekommo mig alt för beſynnerliga, e gr. en växt med blader licka tall, faſt bredare och löſare emellan dem ſitta flores Gandri monogyni, corolla tubuloſa 5fida, men efter'frukten ſacknades, vet jag ej hvars ſlägtin ge hon är. *)

De manga Ixiae och Orchides ſatte mig i ſtörſta fö rundran.

Campanula Roella foliis retrorſum imbricatis, ſeu re volutis.

Aſtrantia ciliaris förunderlig.

Erica retorta med tillbakasböjde bladerne, aldrig hörd.

Thun-

*) Retzia Capenſis.

Thunbergia fick jag af Dr. Montin; litet ſpecimen.

Meſembryanth. pinnatifidum; underliga blad in hac gente.

Adonis Capenſis filia med foliis linearibus, nata ex diverſo patre.

Phryma dehiſcens latere calycis.

Heliophila, floribus flavis, cujus generis? Pſoralea capitata, trifolia; an herbacea? Hedyſarum imbricatum, fol. ſimplicibus, affinis Hedyſ. ſtrobilifero.

Monſonia (Geranium, ſtam. 5. ſingulis antheris, 3. fol. ſimplicibus lobatis, certe filia hybrida Monſoniae ſpecioſae, foliis bipinnatis.

Gnaphalia varia.

Xeranthemum fulgidum, praeſtantiſſima planta.

Othonna virginea, foliis 5 — 7 dentatis, florib. parvis inter folia.

Lobelia volubilis in hac gente admiranda.

Diſa egregie conſervata, ſingularis certe. Cliffortia altheifolia; quis ex facie divinaret? Hermas (Bupleurum integrifol. hirſutum) accepi 3 ſpecimina; an unius vel diverſae ſpeciei? An ſexu diſtincta?

Roſen dog i ſommar. *Boudrie* är extraordinarie Profeſſor. *Flygare* är Academie Secreter. Efter *Heſſelgren*, ſom blef Profeſſor efter *Annerſtedt*, kom *Auriviliius* till

orien-

orientaliſka Profeſſionen; efter Aurivillius blef Adj. *Suedelius* Poëſeos Profeſſor. — *Chriſtiernin* kom efter *Aſpen*, ſom tog affked; efter Chriſtiernin blef unga Berchen, där hans fader varit förut. — Efter Mellercreutz, ſom tog affked, kom obſervator *Mallet*; efter honom blef *Proſperin* Obſervator.

Aldrig nagonſin har mera fock dödt i Suerige, än i år; förſt *af hunger*, ſedan af maligne feber, mot höſten af Dyſenterie; aldrig nagot ar har varit i Sverige mera fruktſamt på alt hvad vaxit än detta. — *Salvius* är död. Biſkop *Gunnerus*, ſom inrättade Societeten i *Trunhem*, är död; *van Swieten* död. *Commergon*, Gallus, ſom reſt omkring hela verlden, är död. *Kong. i England* har uti ſin trädgård latit ſamla alla möjeliga växter och ſatt vid huarje en ſticka *med mitt nomen genericum och triviale*, lika ſom kong. gjorde pa ſitt Trianon vid Verſailles för 2 ar ſedan. I *Edinburg* är en ny profeſſion inrättad i *Zoologien*, ſom aldrig varit förut, *där mitt Syſtema animale ſkall läſas. Pafven, ſom för 15 ar ſedan befalt, at, om mina böcker ditkomma, ſkulle de brännas, har af ſatt Profeſſor Botanices, ſom ej förſtod min Method, och tillſatt en annor, ſom ſkall läſa publice min Method och Theorie.* *)

Jag

*) Pontifex, qui ante quindecim annos libros meos comburi juſſit, ſimulac in terris ditionis ſuae deprehenderentur, Profeſſorem

Jag hörer at Hr. Doctoren skall nästa år ga till *Ostindien.* Den alsmägtige gifve lyckſam reſa. Tänck pa mig ſa ofta, ſom jag tänker pa Hr. Doctoren, da hvar en af Edra örter ſpraka med mig i Hr. Doctorens ſtälle.

Jag är

Min Käraſte Hr. Doctors

hörſamſte Tjenare

Carl Linné.

Upſala,

1773, d. 29. October.

EPISTOLA VII.

MIN HJERTANS KÄKE HR. DOCTOR!

J gar fick jag hjertelig tägnad af Hr. Doctorens ſenaſte bref, nemligen det, uti hvilket beſkrifningen lag pa *Syphilus*, ett nytt, och accurat beſkrifvit genus. *)

Cycas Caffra, ſom Hr. Doctoren ſände, man genus Cycas? Har Hr. Doctoren väl ſedt fructificationen? nog lick Cycas, ſed folia tenella, non ſpiralia, ſom jag mycket undrar. **)

Anthe-

ſorem Botanices, Methodi meae ignarum, nunc a munere removit, aliumque in ejus locum ſuffecit, qui ſecundum Methodum meam publicas praelectiones habebit.

*) Aitonia Capenſis.

**) Zamiae generis eſt.

Anthericum ſpecioſum kan väl aldrig vara Tradeſcantia om vi mera den ſamma.

Hermannia och Mahernia vet jag, väl vara ett genus in natura, ſed non in arte.

Cyphiae Bergianae ſer jag tydeligen vara Lobelias. Jag fick förleden ar en förträffelig ſamling ifran *Nova Granada*, ſom ligger pa Americas väſtra ſida ofven för Perou. Daribland är en Lobelia ſa lick Columnaea Plum. till växt, blomma, och alt, at man ſkulle kunna ſvärja, det hon vore ſamma; men germen inferum, ſtylus et ſtamina Lobeliae. Jag begriper ännu icke.

Aſparagi et Dracaenae ſläktſkap är ſa ſtor, at jag förut förde Dracaenam till Aſparagi ſpeciem.

At min *Solandra* är Hydrocotylas ſpecies kan ej vara möjeligt; jag har bägge ſpecies. Jag hörer, Hr. Doctoren ſkrifvit därom till Dr. Montin, Bergius och in Actis Angl. Om Hr. Doctoren ſa trodt, och ſkrifvit därom till mig, hade varit nyttigare. *)

Campanulae och Roelliae affinitas vet jag nog; ja, Phyteuma och Trachelium ga ſa nära at limites ej gifvas. — *Fabriciae* namn hade bordt gifvas till nagot ſäkrare genus; mon Aitoniae är nog conſtans. Hvarföre Hr. Doctoren ſatt Maſſo-

*) Hydorcotyle tomentoſa.

Maſſoniae namn pa et genus diu receptum, ſom för detta deſſutom är länge ſedan utromlands, ſa prägtig afritad och utgifven, och växer i Europaeiſke trädgardarne. *)

Wettenſkaps Academien ſhickar nu med ſkeppen 100 R. Dal., ſom vi fatt af henne för Hr. Doctoren. Jag ſkall föreſla Hr. Doctoren till Ledamot i Academien. **)

Käre, examinera noga fructificationen pa Arctopus och Chryſytrix.

När ſa vi vanta Hr. Doctorens hemkomſt. — Jag undrar högeligen at mina bref, ſa oftr till Hr. Doctoren ſkrifne, ej framkommit.

Förblifver all min tid

Edle och Höglärde Hr. Doctorens

trognaſte Tjenare,

C a r l L i n n é.

Upſala,

den 20. November.

P. S.

Profeſſ. *Falck* dog pa ſin reſa öfver *Sibirien* Äfven är Prof. *Gmelin* pa ſin Tatariſka reſa död. Gmelins 2 Tomer

*) Tulbaghia fuit.

**) Academia Scientiarum per vos navem mittit 100 Thaler, quos in Tuum uſum ab illa accepimus. Membrum Te proponam Academiae.

mer af deſſ reſa äro utkomne. Äfven 4 Tomer af *Pallas* reſa; bägge med mycket nytt.

Kom ihåg at jag icke fått et enda inſectum capenſe. Har Hr. Doctoren funnit nagot nytt genus inſecti. Det är otroligt mycket, Hr. Doctoren contribuerat till Botaniquens förökande på ſitt Cap. bonae Sp. Ingen dag ſkulle vara mig kärare, än få lefva den, på hvilken jag finge ſpraka med Eder om Edra Plantae Capenſes.

Jag fick aldrig veta, hvad genus den är, ſom Plukenet, t. 275. f. 5. afritat. Kære, ſäg mig, hvad det är.

EPISTOLA VIII.

MIN KÄRASTE HERR DOCTOR!

Flere ganger har jag ſkrifvit till Hr. Doctoren, och aldramäſt ſändt mine bref genom Doctor Montin, på hvilkens Capſka örter jag ſkrifvit namn, da de varit mig tillſände. Jag har ſport at Hr. Doctoren ej fått mine bref. Äfven denna gangen har jag ſkrifvit.

Det ſiſta bref, jag fick ifrån Hr. Doctoren, var Syphilas uti.

Cycas capenſis; har man ſedt blomman? Man Cycas, ſom ej har folia circinalia. *) Eder lefver ännu. Kære, exami-

*) Zamiae generis fuit.

examinera noga Chryſithrix och Arctopus. — Dr. Bergius väntar det myckna Hr. Drn. lofvat ſända honom. — Hr. Drn. har gjort ſig manga mycket förbundna med ſina ſänningar; far jag lefva till Hr. Drn. hemkommer, far man ſe hvem är Hr. Doctoren tackſammaſt.

Prof. *Murray* blef haſtigt hos oſs Profeſſor Anatomiae, ſom var ſtuderande när Hr. Doct. var i Upſala. *) Räntmäſter *Berch* dog för 8 dagen ſedan. —

At Capſka växterne ſa onödigt hos oſs trifvas, var ordſaken det triplex ſolum capenſe, hvilket Hr. Doct. beſkrifver uti Dr. Bergii bref, det vi ej vetat.

Jag har haft ifran Nova Granada ofvan för Peru de underligaſte växter i myckenhet inlagde.

Hns. Mjt. har ſändt mig 2ne tväbetslaſs med naturalier uti Spiritu vini ifran ſödra America; ſakerne afga i dag ifran Stockholm.

Rogberg blef Domproſt i Wexiö.

Eder

Upſala, tankſammaſte Tjenare

1774. d. 20. Decemb. *Carl Linné.*

**) Me Tibi obſtrictiſſimum reddidiſti donis mihi miſſis. Quod ſi vixero, dum redux eris, videbimus, quinam erga Te gratiſſimus erit. Murray, litteris qui operam dedit, quum Tu Upſaliae eſſes, brevi factus eſt Profeſſor Anatomiae.

Quum Vir Ampliſſ. et clariſſimus D. H. *Stöver* Phil. D. a me petiiſſet, ut, ſi quas haberem epiſtolas Archiatri *Caroli a Linné* ad me datas, eas cum ipſo communicarem, quippe conſilium ſibi eſſe, edendi in publicum quotquot earum colligere poſſet: nefas duxi, ipſi hac in re deeſſe, & paucas eas transſcribendas curravi, quas habui. Mox autem vidit, paſſim obſcuras eſſe, nec niſi explicetur quorſum haec vel illa pertineant? intelligi poſſe. Ergo ut notas adderem rogavit, quibus clariora reddantur, qua ſi forte longiores ſunt, lectores quaeſo excuſent. Nil in epiſtolis mutavi aut omiſi, licet magis honorifice de me pro ſuo favore ſenſiſſe Praeceptorem, quam mihi arrogare poſſim, appareat.

Giſeke.

EPI-

EPISTOLA I.

PAVLO DIETERICO GISEKE M. D.

S. Pl.

CAROL. VON LINNÉ EQV.

Heri primum accepi Tuas die VIII. Novemb. datas unacum dissertatione Tua de *Systemat. Plant.* 1) masculе elaborata; pro utrisque grates reddo devotissimas. Non

mihi

1) Dum inauguralis dissertatio mihi conscribenda erat, in animum induxi, exponere, quid in Materiei medicae cognitione ab eo inde tempore profeciſſemus, quo *Io. Herm. Fürſtenau*, Rintelensis olim Professor, defectus ejus cognitionis, qui sua aetate erant declaravit. Conjunctim editae ejus Dissertationes de pluribus artis solutaris hiatibus prodiere a. 1727. 8. titulo: *Desiderata medica*. Quum in Materia medica Regnum Vegetabile maxima copia abundet, de Botanica prius dixit, antequam de usu Plantarum ageret. Aliquot annis ante jam habitam esse hanc Dissertationem quam cum reliquis ederetur juncta, certum erat; hinc annum 1725. *decretorium* feci, a quo ordirer, credidique, me ab eo inde totum incrementum Materiei medicae pertractare posse, quod fefellit. A systematibus incipiens sub manu ita opusculum increvit, ut ne *particularia* quidem absolvere potuerim, multoque minus augmenta *Botanices purae* in ceteris partibus attigerim. Nec dein cum laborem, quem utilem quidem fore novi, resumere ausus sum, indies crescente librorum numero, et longe alius generis laboribus implexus. Prodiit itaque ea sub titulo: „*Systemata plan-*

„*tarum*

mihi licet excurrere in laudes Tuas meritissimas, cum per totum hoc opus Tibi placuit agere meum vindicem, quem uniquam habui acerrimum. Utinam provocatus beneficio Tuo animo, mutuum reddere possem! Omni cultu Te prosequar dum vixero, ne in ingratum sentias Te profudisse Tuas vires?

Data opportunitate me doceas quaeso, quaenam illa sint insexu plantarum ab *Alstono* proposita, quae prorsus solvi non posse videntur pag. Tua 24., ut videam ipse, num ne solvam? 2)

Pag. 27. putas Pethyllidem posse ad aliud quodnam genus referri; an liceat scire, ad quodnam?

Pag. (29. Not.) 121. Credis *Vitem* potius pertinere ad cucurbitaceas quam ad Hederaceas; ego potius haesitaveram, num Vitis genere ab Hedera separari deberet? Cum cucurbitaceis ego nihil affinitatis simile observo praeter cirrhum.

Phy-

„*tarum recentiora*, *instar specimini commentarii ad Jo. Herm. Für-*„*stenau Desiderata medica*,„ habita *Goettingae* d. 111. Nov. 1767. — Misi statim exemplum ejus ad *Linnaeum*, cum epistola, in qua, ut serena fronte acciperet, & quae minus recte se haberent, indicet corrigatque rogavi. Ad eam prima haec Ejus responsum continet.

2) In responsoria ad hanc, quam in itinere constitutus *Vindobonae* demum mense Febr. 1768. accepi, *Alstonum* ad manus non esse, et in patriam reversum me scripturum fore dixi. Sed coram dein proposui, nempe exempla Ficus, Musae &c. quae tamen mox ita solvit, ut ostenderet, confirmare potius quam infringere Sexum plantarum. Ego enim tiro non cogitaram, aliud esse *fructum* perficere, alind *semina fertilia* in illo. Quum ergo fructus ex aucto calyce in Ficu, ex aucto germine in Musa fiat, neutra tamen semina fertilia contineat, nisi illa caprificetur, vidi, non tanti momenti esse ea argumenta, quanti credideram, ex hac Linnaei explicatione.

Phytolaccam ad Solanaceas refers! Anne lapſus calami?

Mitchellam et Linnaeam ad Rubiaceas, ſed longius abſunt. 3)

Deſideras a me characteres ordinum (Pag. 29.) naturalium; ego fateor me eos dare non poſſe 4); ſi hoc in mea eſſet poteſtate, poſſem etiam claſſes naturales, imo *ſyſtema naturale* praeſtare. Poſſem equidem dicere de ſingulo ordine, quaenam in plurimis eſſent communia, et e. g. Piſtillum eſſe 1. 2. 3. 5 etc. ſtamina 5 vel 8 vel 4 vel 10; Corollam eſſe 4 — fidam, 5 — fidam, tetrapetalam vel 5 — pealam etc., ſic verba dare loco characteris atque illudere ignaros, ſed inde nihil; adeoque coactus *hoc relinquere debui poſteris.*

Tu ſolus intellexiſti *Adanſoni* characteres. Ego multum ſtudui eruere vim eius characterum; ſed nulla ratione eam enucleare licuit; ſi otia Tua aliquando admittant, quaeſo des mihi notam propriam, vel unicam 5), qua ordo eius

 diſtin-

3) Quae a praecedente nota ad hanc ſequuntur, in mea Diſſert aſſerta, non mei ingenii, ſed, ut ibi dixi, *Büttneri* erant.

4) Ad haec verba reſpondi: *Si Tu non potes, nemo poteſt!* — Deſideraram ſcilicet in iſto Diſſertationis meae loco non ejusmodi characteres, quibus non modo plantae ejusdem Ordinis inter ſe jungeretur, ſed & ab omnibus aliis Ordinibus diſtinguerentur (hos autem ſe dare non poſſe *Linnaeus* affirmarat), ſed cujusmodi tantum explicaret, quid ſibi velit nomen huic vel illi ordini plantarum datum? cur v. c. hunc dixerit Preciae? alium Vepreculae? &c. ſeu ut brevibus me expediam: optaram in eo loco definitiones nominales; Linnaeus ita intellexit, ac ſi reales cuperem.

5) Haec etiam ex Diſſ. illa mea p. 39. ſunt. Nam tunc temporis praeclare magis de *Adanſonio* ſenſi, quam dein, licet ejus merita non negem. Sed prout noſtratium nemo ipſi fidem habebit aut ulli popularium, dum de Academiis & hortis loquens

distinguatur a reliquis, ut liceat familiariter inter nos de iis agere, ut & ego queam debito cultu eum prosequi. *Certe si demam ordines naturales Raji & aliorum, nullum reperio ab eo confectum ordinem naturalem, cui non multa aliena sint immixta.*

Sed multa essent, quae de ordinibus naturalibus dici possent, si occasio daretur coram confabulandi 6), & quae nunc lassa denegat manus.

Si aliquando rescribas, sit titulus epistolae

Societati regiae scientiarum Upsaliae

Lippi Enchiridion botanicum (nota 101) nondum vidi.

Vale diutissime & me sinceris cultoribus Tuis annumera, qui dum vixero Tuus totus ero.

Dabam *Upsaliae* 1768. d. IV. Januar.

quens Berolinum Goettingam Vratislaviam & Regiomontium in Prussia urbes esse dicat: ita nec de omnium Generum descriptione nec eorum conjunctione mihi eadem nunc, qua olim fuit, est sententia. Tentavi quoque, ut satisfacerem provocationi Linnaeanae, sed obtinere non potui ejusmodi notam praeter dudum notos vulgaresque ordines.

6) Inde ausus sum postea ipsum adire, ut hoc fiat; & factum est in *Praelectionibus* in eos, *hoc ipso anno*, (1792) prodeuntes, quos confer.

EP.

EPISTOLA II.

VIRO AMPLISSIMO

DD. P. D. GISEKE MEDICO HAMBVRGENSI CELEBERRIMO

S. P. D.

CAR. VON LINNÉ.

Dona Tua aurea 7) una cum Litteris, quibus me beare voluiſti, data d. XII. Jan. feliciter accepi. Quibus verbis Tuam in me gratiam extollam, certe non reperio. Utinam ipſe velles indicare, qua ratione Tuam gratiam demereri poſſem, ne ingratus moriar; nihil certe in hac vita gratius poſſit contingere, quam videre has plantas germinatas.

Semina, quae miſiſti a *Kleinhofio* accepta 8), numquam vidi.

7) Ex itinere duorum annorum redux *Hamburgum* factus d. 17. Nov. 1769. reperi ciſtulam cum ſeminibus in *Antigoa* lectis, quae debui amicitiae cl. *Drury*, celebris Entomologi. Horum ſingulorum aliquot *Linnaeo* miſi, eo fine, ut noſcerem, ſi ibi germinarent, quo nomine ſpecies eas vocaret? Aliam eorundem partem tradidi cl. *Buekio*, hic Hamburgi, ſed apud eum non niſi Parkinſonia & aliqua Abrus ſemina provenere, quorum hae quidem dein ſine flore periere.

8) In ea epiſtola, quae haec comitabatur, rogavi Ill. virum, numne ciſtam quandam magnam cum ſiccis plantis accepiſſet? quam ante aliquot annos ſe miſiſſe ad *Linnaeum* nec reſponſum tuliſſe *Kleinhofius* in *Belgio* narraverat. Haec errore calami aut memoriae de ſeminibus ab eo per me miſſis intellexit. Poſtea didici coram, eam ciſtam nunquam ad ejus manus perveniſſe, in qua, ut retulit *Kleinhofius*, per 19. annos horti inſpectionem gerens quem amoris in plantas cauſa *Bataviae Gubernator de Moſſel*

Ipecacuanhae ſemina miſſa non erant ſemina Ipecacuanhae officinalis, ſed ſpeciei cujusdam Asclepiadis, Ipecacuanha enim *Violae* ſpecies eſt & gerit ſemina globoſa absque omni pappo; ſed facile contingat, quod haec Species Asclepiadis in Antegoa uſurpetur loco Ipecacuanhae officinalis, quemadmodum ſpecies Euphorbiae (Ipecacuanha dictae) in Virginia.

Si excreſcant haec ſemina & aliqua harum novum genus conſtituat, Tuum nomen pro meritis extollat. 9)

Vive diutiſſime felix & me Tuis ſinceris cultoribus annumera.

Dabam *Upſaliae* 1770. d. XXVI. Jan.

Moſſel inſtruxerat, & rariſſimis plantis Indicis undique conquiſitis ornaverat, harum plerarumque bona ſpecimina fuere. Is hortus ſimile fatum arboreti *Boerhaavii* expertus eſt. *Succeſſor enim illius exſtirpavit omnes!* ——

9) Non amplius meminit *Linnaeus*, dum ipſum vidi, num ex his quaedam ſucceſſerint nec — ne? quod in tanta copia ſeminum quotannis ſerendorum nec facile erat meminiſſe. Planta autem ea, quam dein meo nomine vocavit, non ex his fuit, quippe quae in India orientali (& teſte clar. *Vahlio* ex collectione *Förſkahlii* in Arabia etiam, ſed ſtrictior & minor), habitet. — Dum mihi id indicare vellet, tradidit ſchedulam, in qua Index nominum Generum Mantiſſae II. ſua manu ſcriptus erat, & ut praelegerem juſſit. Legi, & *Giſekiam* reperiens, ſilui erubeſcens. Quidni pergis? inquit. Quia, reſpondi, nomen ibi reperio, quod minime exſpectare poteram. — Ille vero: Tu me laudaſti in *Diſſertatione* tua, ego te viciſſim laudabo. —— Ego contra: Sed hoc modo non merui. —— Nec ego feci, quia de Botanica jam meritus es, ſed quia ſpero, Te de ea aliquando meriturum fore.

EPI-

EPISTOA III.

AMICISSIME DNE DOCTOR!

Accepimus 10) litteras Tuas V. C. datas XXVII. Sept. & laetati ſumus omnes, quod D. T. O. Te ſalvum perduxeris per incommodam viam *in patriam Tuam.*

Tu apud nos reliquiſti deſiderium Tui maximum cum eras honeſtiſſimus, candidiſſimus, amiciſſimus et omnibus numeris gratus.

Prae me fero quod numquam habuerim diſcipulum (ſi ita Te vocare liceat) doctiorem aut diſcendi avidiorem,

 adeo-

10) Paucis poſt reditum in patriam ſeptimanis contigit (initio Febr. 1770) obitus Cel. *Jo. Chriſtiani Wolfii*, Phyſices in Gymnaſio *Hamburgenſi* Profeſſoris. Excitatus ab amicis & fautoribus, antea renuens, qui in *Angliam* primo vere reverti apud animum conſtitueram, demum illud ambii munus. Quum vero morae orirentur, quo minus mox electio novi Profeſſoris fieret, in mentem rediit cogitatio de itinere in *Sueciam*, ut *Linnaeum* ipſe viderem, & de Hiſtoria naturali praelegentem audirem. Scripſi itaque illi, optare me, ut ſi *Vpſaliam* venirem, haberet mihi lectiones in *Ordines naturales*, perluſtrare mecum Herbarium ſuum & ſ. p. Si neutrum poſſet aut vellet, ut intra menſem me certiorem faceret rogavi; ſi intra illud tempus nullam repulſam ferrem, pro rato me habiturum, & *Hafniae* apud Jo. Chriſt. *Fabricium*, Prof. reliqua exſpectaturum. Interea accepi epiſtolam praecedentem, dum mea nondum ad eum pervenerat, nec dein repulſam. Ob nivem vero, quae d. 25. Mart. 1771. maxima copia hic & in vicinia ceciderat, Mare Balticum per menſem fere transfretari non potuit, & d. 27. Apr. demum iter ingreſſus *medio* fere *Junio Vpſaliam* veni. Ibi vixi, donec d. 2. Sept. *Upſaliam & Linnaeum relinquens*, d. 22. Sept. bono cum DEO ſalvus & ſoſpes *Hamburgum* redux perveni. Mox optimo Seni id ſignificavi, & ad has reſpondet ea, quae hic tertia eſt, epiſtola.

adeoque ea quae proposui, proposui summo cum oblectamento.

Tui commilitones 11) jam mecum in urbe sunt et Te plurimum valere jubent.

Müllerі opus de *vermibus* apud me iacet; certe credideram, me hoc mutuum accepisse a *D. Edinger*, at cum hoc redderem, negabat, id ad se pertinere, adeoque vel Tuum est vel Dni *Murray;* cum hic pervenerit in urbem, ab eo quaeram, num ad se pertineat? sin minus, studebo quocunque modo ut ad Te deferatur et rite restituatur.

Lichenem, quem dicebas, Te inclusisse epistolae, certe non in litteris erat, forte casu itaque omissus.

Nunc accipio a D. *Tisleb Dill.* Musc. Tab. XX fig. 46.

Nihil magis exopto quam proxime audire quod sis admotus muneri quod ambis; per Deum testor, quod Proceres Hamburgenses numquam seligant praestantiorem Te, & certe, si a Te recedant, injurii sunt & in Te & in Lyceum & in scientias & in publicum bonum.

Oro rogoque plurimum salutes artis med. nostrae antistitem DD. *Jaenisch* & amicissimum meum *Boltenium.*

Circa novum annum D. *Sparman adibit C. 6. spei*, & legat insecta aliaque.

Si non acceperis *Mantissam meam alteram* Holmiae, curabo ut eam habeas cum D. *Murray.*

Uxor

11) Erant hic cl. *Mart. Vahl*, Nidrosiensis, qui ante meum adventum jam per annum fere *Upsaliae* fuerat; jam *Professor Hafniensis; d. Edinger*, Hafniensis, ob Oeconomiae studium *Linnaei* in Historia naturali auditor, ejusque amicus, *Tisleb*, Norvagus, jam defunctus; qui mecum easdem ex parte audivere praelectiones, ut ego illas, quas ipsorum causa *Linnaeus* instituit.

Uxor & filiae meae de Te loquuntur quotidie & plurimum valere iubent.

Doleo & dolui quod tam habitabas in *Edeby*; 12) conſtitui *ſupra domum ruſtici mei Hammarbyenſis aedificare 3 cameras*, ut in iis hoſpitentur, ſi qui adveniant amici. 13)

Vale amiciſſime vir.

Upſaliae,
1771. den XV. Octobr.

12) Certe male habitaveram ibi: *Muſeum* enim *Linnaei* erat in *colle modice elevato ſitum*, $\frac{1}{4}$ *horae diſtans ab ejus domo in praedio Hammarby*, quod duabus horis ad minimum (non enim amplius recordor anne 2. milliarium?) Upſalia remotum erat. At eae praelectiones, quas mihi optavi, non poterant extra Muſeum haberi, hinc ſtatim poſt acceſſum mihi indicavit, me tunc debere ruri habitare. Ego mihi perinde eſſe dixi, dummodo voti compos fierem. Sed ruſtici *longe minus*, quam paſſim noſtrates, *ibi ad excipiendos hoſpites ſunt aſſuefacti*. Brevibus id expreſſi verſiculis aliquot (primis quos ſcholam egreſſus feci), quos adamante vitro feneſtrae paulo ante abitum inſcripſi, quibus lectis *Linnaeus* haec addidit. Erant autem hi:

Vixit in exſilio hoc, ut Naſo, *Giſeke* quondam,
Iſte quidem pulſus, ſponte ſed ille ſua.
Barbarus hic ego eram, nec intellectus ab ullo
Praeter *Linnaeum!* favit at Ille tamen!
Multaque non dubii dedit Is documenta favoris,
Alta quae jugiter mente repoſta manent.
Tantus amor florum (quem olim meminiſſe juvabit)
Cauſa erat! — at reditus muneri ſpes dubia.

13) Id tamen dein non factum eſſe, expertus eſt optimus *Grüne*, cui idem hoſpitium quod ego incolui, habitandum fuit.

EPI-

EPISTOLA IV.

AMICISSEMO SVO GISEKIO

S. P. D.

CAR. LINNÉ.

Diuturniori Tuo silentio maximo metu nos feriisti, quod scilicet excideris votis Tuis, sed pridie accepimus Tuas d. 3. praecedentis quae spem nobis attulerunt, fore Te talem qualem omnes optamus. Faxit Deus T. O.!

D. *Tisleb & Edinger* adhuc apud nos haerent; prior aliquantulum valetudinarius per integram hebdomadem remansit, sed iam reconvalescit.

D. *Sparrman* abiit ante octiduum; utinam faustis avibus! Mittam eras Tuam epistolam 14) Gothoburgum; videbimus num eam accipiat ante suum abitum.

Te millies cogito, qui apud nos vixisti candidissima & amicissima Tua anima. Certe ego numquam vidi ardentiorem in scientias quas profitemur; unde & facile concludo, quod si fata Tibi vitam & vota Tua largiantur, quod evadas summus quem umquam Germania praestiterit.

Hodie

14) Cum cl. *Sparrmanno* coram convenerat, velle me ipsi literas dare ad civem quendam meum *Chr. Frid. Germann*, qui olim condiscipulus, dein Juris Studiosus Jenae, ibi gradum Licentiati nactus Hamburgum reversus, quum praxis juridica ipsi minus faveret, oblatam spartam educandi filios cujusdam Belgae nobilis in Cap. b. Spei accepit, & a quo dein scribae officium obtinuit. Huic *Sparrmannus* commendari ideo voluit, ut haberet, quocum consuetudinem & amicitiam coleret in loco ubi neminem noverat. Ego vero in abitu e Suecia oblitus eram promissi, eamque epistolam demum per *Linnaeum* Sparrmanno misi.

Hodie diſcedo *Upſalia* petiturus *Hammarby* meum, ubi per ferias nat. Chriſti permanebo.

Grates reddo pro libro.

Si poſſem ad Te mittere Mantiſſam meam, lubenter facerem.

Quam primum acceperis Profeſſionem, me certiorem facias qui nil magis opto, quam Tibi fauſta fata.

Dabam *Upſaliae* 1771. d. XX. Decembr.

EPISTOLA V.

VIRO CLARISSIMO P. D. GISEKE

PROFESSORI HAMBVRGENSI AMICO SVO AESTIMATISSIMO

S. P. D.

CAR. VON LINNÉ.

Quanto cum gaudio Tuas ultimas V. C. accepi litteras, effari plane nequeo, ex quibus percepi, Te *profeſſorem* publicum Hamburgenſem conſtitutum, quod exoptavi animitus. Nec veſtrum Athenaeum umquam digniorem habuit, nec umquam habebit. Gratulor Tibi hoc honorificum munus. Laetor, quod per Te ſcientia naturae in dies plurimum proficiet. Vivas diu felix & clarus; mea uxor et filiae Te plurimum valere iubent, una cum Danis, qui adhuc Upſaliae haerent, ad quos mox ſcripſi de Tua promotione, qui una mecum valde laetabantur.

Litteras Tuas miſi ad *D. Sparrman*, qui cum hodierno tabellario regeſſit, ſe ipſas in navi ad abitum parata accepiſſe.

Dani hic diutius haeſere ob vias impervias prae defectu nivis. *D. Tiſlef* qui cum *D. Edinger* Upſaliae commoratur

tur non bene valet, genu eius tumore oedematoſo laboravit per menſem.

D. Pr. Murray exſpecto quotidie Upſaliam, *qui Holmiae commoratur ob obitum parentis ſui.*

Dani mecum *Upſaliae* Muſaeum animalium acuratius perveſtigarunt.

Vale, et perge, quo fata duxere.

Dabam *Upſali-Hammarby* 1772. d. IV. Jan.

EPISTOLA VI.

VIRO AMICISSIMO ETC.

CAR. VON LINNE.

Habui etiam Tuas die IV. Jan. ſuaviſſimas litteras mihi ſemper exoptatiſſimas. Abiere iam Dani, ſed *D. Tisleſ* etiam num valetudinarius; ab iis nondum litteras habui. Laetor, quod poteris in tam honorifica ſtatione igneo Tuo ingenio & ardore excitare non modo, ſed & docere plurimos ſtudium omnium iucundiſſimum, dum adhuc aetas calet & vires fervent.

Pulmones arbitrarie reſpirantes. 15) Amphibia hauriunt inſpiratione aërem nec videntur eundem exſpirare, ſed quaſi in corpore evaneſcit.

Alſtoni de ſexu. Pontedera negavit; quid inde? *Camerarii* experimentum videas ipſe; quomodo haeſitat? feras hoc vere Cannabim in olla Camerae; eradica omnes mares

15) Scripſeram in ea epiſtola, ad quam haec reſpondet ſummus vir, me non rite hanc phraſin intelligere, nec meminiſſe, num explicuiſſet coram. Dein datum nomen ſolvi & objectiones in Sexum pl. aliorum protuli, ad qnae conf. notam 2) in Linnaei epiſt. I. mam — Sed experimenta illa non inſtitui.

es, antequam floreant; videbis nulla ſemina evaſura; in alera Camera ſimiliter ſed relicto unico mare; et ibi habebis emina. Haec feci in epiſtola pro praemio Petropol.

Idem de Mercuriali, ſed cave ne ſeducaris a *Mercuiali ambigena*.

In *Spinacia* ni fallor vidi apud foeminam unum alteumve florem masculum, quaeſo inſtituas ſimiliter experimentum in olla ubi poteris obſervare, ne ullus flos masculus dſit, ut certus evadas.

Bignonia omnis apud nos eſt androgyna ſeu monoeca.

Lupuli ſtrobili non ſunt fructus, ſed calyces; ſic fruus Mori, Ficus. Poſſunt calyces adoleſcere matureſcere bsque foecundatione ſed non dare ſemina fertilia.

De Phoenice non loquar, Tibi res notiſſima.

Video optime, quam multa Te obruant cum munus ſpicaris in illuſtri Athenaeo.

Si habeas *Aloen uvariam*, 16) quaeſo mittas in litteris nicum flosculum. Omiſi eum rite examinare; nec exccavi.

Ut valent oculi Tui? Quaeſo eorum curam agas.

Laplyſiam ex America habui cum multis piſcibus & mphibiis. *Dna Blakſtone* miſit plurima inſecta americana.

Vale vir amiciſſime. *Upſaliae* 1772. Mart. VIII.

EPISTOLA VII.

EXPERIENTISSIME D. DOCTOR ET PROFESSOR AMICE INTEGERRIME.

Triduum eſt, quo accepi a Te miſſum rariſſimum dom, *Doxoſcopiam Iungii*, quam antea numquam obtinui, pro

16) Non habui.

pro quo libro grates quas umquam potero reddo maximas. Auctor, ut video, fuit vir suo tempore et laboriosissimus et acutissimus. 17)

Cum hoc pretioso dono nullae aderant litterae.

Verebar Te oblitum mei, qui nullas habui litteras a multo tempore, ego te millies cogitavi qui aeerrimo & igneo eras ingenio. Spero quod etiam num (non) plane sepositi Floram, sed aurea praxis medica multum valet; cumque duae habentur amicae, *alterius vires subtrahit alter amor.* Datis induciis quaeso ad me referibas, quae nova in naturae regnis apud vos innotuere. Optimus *D. Bolten* quidem varia subministrabit.

Dedisti itidem mihi Dissert. *Scheuchzeri*, de Alimentis farinaeeis cum pulera figura Zizaniae, de qua audivi antea; sed numquam Dissertationem antea coram habui; reddo etiam pro hac grates devotissimas.

In hac dissertatione duo adjecta erant speeimina sieea & ut videbatur recentia *Polygalae luteae*; 18) si creseat in vestris hortis, quaeso reeentia aliquot semina mittas.

Habuimus nuper itinera *Gmelini* et Pallasii *Sibirica.* Accepi aliquot centurias seminum plantarum Sibiricarum. Obtinui fere innumeras siccas plantas e. cap. b spei, Malabaria & nova Granada.

Sere-

17) Quum in Diss. mea assererem contra *Heisterum*, probabile non esse, *Linnaeum* noviss *Jungii* opera, alias mentionem ejus faciendi oblitum non fuisse, id coram confirmavit, nunquam ea sibi visa fuisse, sed ex citationibus aliorum allegasse tantum quaedam; tum ego promisi, exemplar me missurum, quod accepisse se his testatur.

18) Non crescit in hortis nostris, sed ea acceperam eodem aut praecedente anno ab Exper. D. *Greenway* e Virginia de quo pauca vide, si lubet, in *Linn. praelect. in ord. nat.*

Sereniſſimus Rex noſter miſit naturalia a Surinamo tot quot 4 equi trahere valuerunt Holmia Hammarbyam. 19)

Naturae ſcientia in dies augetur tot novis inventis, ut vix ea comprehendere valeam.

Senectus validiſſimis paſſibus me aggreditur.

D. Baeck ſenior nuper obiit.

Vale & vive feliciſſime, diutiſſime.

Scripſit Tuus

C. v. Linné.

Upſal,
1774 den XX. Dec.

EPISTOLA VIII.

VIRO EXPERIENTISSIMO D. D. P. D. G. PROFESSORI HAMBVRGENS. CELEBERRIMO.

S. Pl. D.

CAR. A. LINNÉ.

Summa exhilaratus laetitia Tuas accepi, d. 10. Nov. datas e quibus percepi, te & valere, & conjugem duxiſſe, & mei memorem vivere & me amare

. . . . . .

D. Profeſſor *Murray* ſcripſit, quod aliquot *Itali* proximo vere ad me venient Hiſtoriae naturalis cauſa, ut illis praelegam eodem more quo continuavi a Tuo tempore; ſi tum

19) Haec ea ipſa ſunt, e quibus plantas recenſet Diſſertatio: *Plantae Surinamenſes* Upſ. 1775.

tum itaque accedat *D. Grüno*, 20) erit mihi acceptiſſimus, modo ſanitatem & vitam largiatur optimus Deus, ſed tum debet habitare ruri.

Mantiſſam tertiam paravi, quae continet immenſam vim plantarum ex India orientali, Cap. b. ſpei, Nova Granada,

20) Inter auditores, quibus altera vice in Botanicam praelegi, erat & *Iſaacus Grüno*, optimae indolis juvenis, quem aliquot menſes antequam Academiam peteret, ſubito inceſſit cupido, *Linnaeum* etiam audiendi, & me ea de re conſuluit, atque annuentibus parentibus, ſcripſi *Linnaeo* & quaeſivi: num vellet ipſi quoque lectiones habere? — Acceſſit eum, poſt Paſcha 1776. atque ut Ille facilis eſt minimeque morоſus, meus vero diſcipulus mox & ingenio & candore ſe illi probaret, in varia Hiſtoriae naturalis capita ipſi lectiones habuit. Sed autumno eodem jam morbo fatali correptus per unicam tantum illam aeſtatem. At *Grünovius* jam & Cel. *Adolpho Murrayo* commendatus per hyemem Anatomen & duce *Bergmanno* Chemiam coluit, atque tantum profecit per 3 annos, quos *Upſaliae* trivit, ut ibi *Profectoris vices* egerit, & *Bergmanni* theoriam totam imbiberet. His enim maxime poſt Hiſtoriam naturalem delectabatur. Tum redux parentes inviſit, & *Goettingam* feſtinavit, ubi reliquas Medicinae partes, quarum plerasque jam *Upſaliae* inprimis duce Cel. *Sidrén* perceperat, tractavit, & quum nun liceret diſſertationem, quam meditabatur, de Camphora & ei analogis ſubſtantiis in oleis ſtillatiis reperiundis cum experimentis finire, theſes defendens Doctoris Medicinae gradum nactus eſt. Itinere dein, comite Dr. *Jo. Frid. Bolten*, meritiſſimi *Phyſici Hamburgenſis* filio ſecundo, qui pariter mihi cariſſimus antea auditor fuerat, per *Germaniae* partem, *Helvetiam* & *Galliam Belginmque* confecto, quum antea *Sueciam* fere totam per ferias aeſtivas peragraſſet, domum rediit a. 1780. & Praxi medicae ſe dedit. Comes ejus *Dr. Bolten* in *Angliam* transfretavit & aeſtate ſequente rediit. At infelici fato uterque anno 1783. *occubuere* ex febre putrida, quum alias alter inter praecipuos naturae ſcrutatores, inter Medicos alter, ſuum certe locum tenuiſſent.

nada, Surinamo, Sibiria; ut & Inſecta e Virginia, Guinea, Cap. b. ſpei &c.

Syſtematis Naturae partem Im. de Animalibus ad typum paravi, reſtat tantum de Avibus a me abſolvenda, ut parata ſit in tempus vernale, ſi Deus vitam & ſanitatem (dederit). 21)

Dr. Bolten et Dr. Iaeniſchium plurimum ſalutes oro. Te valere jubent uxor & filiae meae.

Upſaliae, 1775. Nov. 25.

EXPERIENTISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO,

PAVLO DIETERICO GISEKE,

HISTOR. NATVR. PROFESSORI

S. Pl. D.

CAROLVS A LINNÉ.

(FILIVS.)

Excuſabis ſpero, Vir Experientiſſime, me tam ſero ad Tuas mihi gratiſſimas reſponſum dare, ſi perpendis multa mea hac aeſtate facienda, in abſolvendo opuſculo, *Supplemento Syſtematis Vegetab. XIII i*, in quo inſerere volui omnia illa, quae ultima, et inprimis hac aeſtate e diſſitis terris mihi miſſa fuere; et praeterea vitam agere debui per longum tempus in aula, in *dirigendo Muſeum Regis* occupa-

21) Non prodiit ea, ſed a filio continuata & aucta erat anno 1782. qui exacto itinere editurum ſe promiſit, ſed paulo poſt quam Supplementum apparuit, vitam cum morte commutavit.

cupatus ita, ut non ante quam his diebus ad negotia mea ſuaviora redire mihi licuerit.

Ordines Naturales, quos novis additis generibus auxit b. m. parens, ſine dubio edam, et forte in nova editione *Generum*. Cur credis, me non editurum novam editionem Generum Plantarum? Certe, ſi vixero, *edam;* quid hoc nocet? ſi ignarus quidam et incantus novam edidit editionem et nova addita in Mantiſſis inſeruit; non eo factum; nam reliqui characteres inde mutandi, et characteres praeterea per novas obſervationes et per novas ſpecies quotidie fere emendandi ſunt.

Amoenitatum Academicarum Volumen octavum et ultimum hoc certe edere vellem cum *additamentis* Parentis, *ſi editorem haberem;* ſi Tu, Vir amiciſſime, Hamburgi procurare poſſes talem, omnia ad Te mitterem.

Materiam Medicam poſtea edam; ſed exſpecto adhuc proxima aeſtate varia ex America, quae eruenda commiſi Botanicis meis ibi degentibus; vellem quoad ortum ut Botanicus nullius pharmaci originem ignorare. Habui hoc anno ſequentia, quae nunc in Supplemento meo inſerui: Faba St. Ignatii, Cubeba, lignum Rhodium (non Geniſta, ut putarunt), Balſamum Peruvianum, Ipecacuanha fuſca, oleum ſ. butyrum Palmae, Gummi elaſtique ſ. Choutchou, lignum Ebenum, Santalum rubrum et plura alia, quae nunc non recordor. An ſatis pro his duobus annis? Feliciſſimus fui cura amicorum, qui magnas collectiones rariſſimarum plantarum mecum communicarunt.

Nunc poſtquam editum erit hoc ſupplementum, incipiam edendo *Syſtema Zoologicum*, forte etiam *Syſtema Vegetabile* conjunctim; poſt illud *Genera* et forte *Philoſophiam Botanicam; Species Plantarum* vix credo, quod attingam; nam mihi non eſt occaſio; debet illarum editor completiſſimam habere bibliothecam.

Scri-

Scribit Dnus *Grüno*, Te edidiſſe Librum: *Index Linnaeanus in Leonhardi Plukenetii opera botanica*; — non intelligo, quid hoc ſibi vult; deſidero vehementer, ut me informes. Fac aliquando, Vir Experientiſſime, ut ſciam, quaenam apud vos in botanicis prodeant; Tu in meditullio ſcientiarum vivis.

Gratulor certe mihi hanc occaſionem, quod amicitiam priſtinam renovare mihi contigerit. Perſuaſum Te eſſe voluerim, me nil tam cordate moliri, quam ut Tuam amicitiam habeam. Vale, et me Tuis annumera.

Dabam *Upſaliae*, 1779. d. 1. Novemb. Excuſes quaeſo hanc inordinatam epiſtolam, currente calamo ſcriptam. Fac ut mihi frequentius reſcribas.

EPISTOLAE LINNAEI

(PATRIS)

AD

ERNESTIVM CHRISTOPHOR. SCHVLZ

VIRO CLARISSIMO DNO. SCHVLZ.

S. pl. d.

CAR. VON LINNÉ.

Me magnopere Tibi devictum esse agnosco, qui me voluisti et literis et lapidibus beare curiosis. Optarem, me posse mutuis servire desideratis Tuis.

Apud Te occurrere *Opalum* paederotam, ipso Nonni (Nonnii) majorem, lubentius viderem, quam crederem, cum rara soleat magnis rebus inesse fides. Novi arte ex vitro factas gemmas, etiam opalos, qui minus cautos facile seducerent; certe si Tuus sit genuinus, erit stupendi pretii thesaurus.

Pro lapide isto viridi, rudi et polyaedro facto grates reddo maximas; video exinde affectum Tuum sincerum in me. Occurrit hic saepe rejectus ad littora Algiriae. An ortus sit e montibus ignivomis, nec ne, non dixero.

Ter vale, Vir Doctissime, et me Tuis sinceris cultoribus annumera.

Upsaliae, 1771. Junii 24.

D. D.

D. D.

DECADES BINAE

THESIVM MEDICARVM,

QVAS

IVSSV MAX. VEN. SENATVS ACAD.

ET

SVFFRAGIO AMPLISSIMAE FACVLTAT. MEDICAE IN REG. VPSAL. ATHENAEO,

PVBLICO BONORVM EXAMINI MODESTE SVBJICIVNT

AVCTOR

JOHAN. GOTSCHALK WALLERIVS

PHIL. ET MED. DOCTOR, EJVSDEMQ. FACVLTAT. ADIVNCTVS, AC REG. COLLEG. MED. MEMBR.

ET

RESPONDENS

JOHAN. A. DARELIVS

WESTRO-GOTHVS

IN AVDIT. CAROL. MAJ. AD DIEM 25. FEBR.

ANNI 1741.

HORIS ANTE MERIDIEM CONSVETIS

UPSALIAE IMPRESSAE.

Geuderus de Fermentis, p. 5.

In eo nunc vivimus saeculo, quo non adeo acriter pro certae alicuius sectae aut ducis honore magis, quam pro sancta veritate, pugnare conviciando et calumniando solent philosophi; sed pro una veritate maxime solliciti, plerique alteri alterorum inventa et cogitata placide modesteque expendunt.

D. D.

I.

THESES PHYSIOLOGICO-ANATOMICAE.

Homo natura non eſt animal quadrupes, et repugnat tam Anatomiae quam Phyſiologiae, *quaternos* homini, inſtar bruti, attribuere pedes.

Erectam homini competere figuram, non ex educatio- et conſuetudine, ſed ex naturae et Dei inſtituto, ſatis emonſtrarunt *Gaſſendus* in Phyſ. S. III. L. 1. Cap. I. p. 194 Lib. II. C. 5. p. 530 et *Georg Rollenhagen* in *Veraci-s* Mendaciis, ſeu Wahrhaften Lügen, Cap. 16. ac *Tho-as Brown*, Medicus Anglus, in *Pſeudodoxia Epidemica*, IV. Cap. I. Supervacaneum itaque arbitror, ea omnia olixe adducere momenta, quae maximam homines inter ac himalia quadrupeda, indicant differentiam, ſatisque de-onſtrant, proportionatam membrorum ſupra baſin, ſeu bi-a, non quaterna fulcra, homini a Deo conceſſam eſſe pro-inentiam. Deſumuntur differentiae iſtae a *Capite* hominis otundo; prominentia *Naſi*, immediatam oris ad alimenta et otulenta applicationem prohibentis; Collo hominis brevio-; *Pectore* ejusdem fere circulari, in brutis magis profun-o; abſentia Clavicularum, proceſſuum acromiorum homo-latarum, Coracoidiumque in brutis, aliisque circumſtan-is, de quibus ex profeſſo egerunt Joh. Maur. *Hoffmann*, Programm. VI et VII, ejusdem *Ideae Machinae humae* annexis et Anton. Philip. *Queitſchius* in Diſſertatione,

de praecipuis ductum thoracicum inveſtigandi modis, in *Se*
lect. Med. Francof. V. II. p. 162. §. 8. Sunt vero ex qua
drupedibus quaedam animalia, *Simias*, *Satyros*, aliasqu
intelligo congeneres beſtias, quae hominis figurae et compo
ſitioni proxima, poſterioribus etiam criguntur cruribus, adeo
que dubiam facere videntur noſtram propoſitionem, quum
ob ſimilitudinem cum homine nominatam, aequaliter natu
ra bipedes eſſent.

Sed quamvis non repugnet noſtrae aſſertioni, ſi ſimia
iſtae natura eſſent bipedes, paucis tamen demonſtrare licea
nec Simias nec Satyros natura magis bipedes quam quadru
pedes eſſe, et majori jure ad quadrupeda referri debere an
malia, idque.

1. Quia Satyri et ſimiae atque congeneres beſtiae *pili*
craſſis aſperisque praeditae et obſitae ſunt, adeoqu
primario gaudent charactere quadrupedum, licet fa
ciem, hominis inſtar, nudam habeant.

2. Quia congeneres beſtiae magis magisque quadrupedum
figurae approximantur, et *longiori cauda* quam
Sphinx, *Cercopithecus* ei *Satyrus* poſſident, et *faci*
piloſa, magis bruto, quam homini, ſimili, in Cy
nocephalo et Cercopitheco.

3. Quia velocius et felicius quaternis quam binis moven
tur pedibus, licet nec ſtare, nec currere nec ſedere
bene poſſint.

4. Quia *naſu* gaudent maxime depreſſo, *facie* difform
rugoſa, ac *dentibus*, in plurimis ſaltem ſpeciebus ab
humanis diverſis.

5. Carent et beneficio genuflexionis, et carne circa iſchia
ac clunibus, carent et concavitate crurum poſteriorum,
quae omnia homini bipedi ſtanti vel ſedenti compe
tunt et neceſſaria ſunt.

6. Prae-

6. Praedita vero ſunt haec animalia mobilitate quadam plantae ac digitorum pedis, quo beneficio convexitati arborum plantam pedis apte accommodare poſſunt. Conf. *Galen* de Uſu Part. L. I. C. 33. *Baſilii* Anatom. Animi P. I. C. 33. *Koenigii* Regn. Animal. p. 123. *Cypriani* Hiſt. Anim. Franzii P. I. C. 24. etc.

Interea tamen non inepte vocantur haec animalia *Anthropomorpha*, quae juxta *Ariſtotelem* L. 2. Hiſt. C. 13. §. 83. inter hominem et quadrupeda mediae ſunt beſtiae atque utrique communes. Quod vero dicit *Exper. Regiae Claſſis Medicus, Doctor Carol. Linnaeus in Syſt. Nat. edit.* 2. p. 33. 34. „*hominem eſſe animal quadrupes Antropomorphon*„ h. e. hominem eſſe animal corpore piloſo, quatuor pedibus, homini ſimile, ſeu dentibus primoribus quatuor aut nullis, *hoc veritati repugnat* et characterem humani corporis genericum nunquam oſtendit, ut ſatis, partim ex jam dictis, partim per ſe, absque ulteriore demonſtratione patet. Non mirum itaque, Collectores *Actor Erudit. Lipſ.* Anno 1737. p. 70. adeo jucunde luſiſſe cum claſſificatione *Linnaeana*. Verba eorum haec ſunt.

„Homini, quem quadrupedibus, corpore hirſuto, fe„mella vivipara et lactifera dentibus primoribus qua„tuor accenſet, ſocios dat ſimias, a quibus Tardigra„dus, ita dictus, ſolo digitorum numero, (nam duo „vel tres in utroque pede ipſi ſunt) utrinque diverſi. „Ex feris dentes primores ſex obtinent, ex quibus ur„ſus Anthropomorphi generi vicinior habitus fuit, „quum talo inſiſtat pollice extus poſito. Reliquae ſin„gulari ſigno a mammarum numero, digitorum condi„tione, unguium habitu, caudae dimenſione deſignan„tur. Dentibus exſertis, animalia duabus mammis „inquinalibus inſtructa ſunt quaedam, quaedam decem, „ut ſus, in qua claſſe equus, hippopotamus, elephas, „ungulis omnes diſcrepant etc.„

2. *Ter-*

2. *Terrea, Lapidea, ac mineralia corpora, quae ſimplicem a blandis liquoribus gaſtricis et inteſtinalibus ſolutionem reſpuunt, non poſſunt vaſa intrare lactea et multo minus heterogeneis ſuis particulis maſſam inquinare ſanguineam.*

Ut haec noſtra aſſertio magis perſpicua reddatur, neceſſe eſt inprimis indigitemus, quid per corpora in initio theſeos nominato intelligamus. Totum regnum foſſile — quod innovato nomine, *ſed male*, *Lapideum*, neſcio cur ni *Terreum*, vel cum Dioſcoride et Caeſalpino *Metallicum?* vocaverit *Linnaeus* in Syſtem. Natur. — in ſex dividimus claſſes: Terras, Lapides, Salia, Bitumina, Semimetalla, Metalla, quas breviter definivimus in Diſput. *de Hiſtoriae Naturalis Uſu medico*, pag. 10. §. X. Dividit *Linnaeus* in Syſt. Nat. P. I. Regnum ſuum Lapideum in *tres* claſſes, *Petras*, *Mineras* et *Foſſilia*, longe diverſas a tribus *Galeni*, *Alberti Magni* et *Beccheri* claſſibus. Cauſſae vero, quae nos moverunt, ſuſceptam approbatam et ſufficientem retinere claſſificationem, ac a *Linnaeana*, *novitatis ſtudio magis, quam rei veritate excogitata*, diſcedere, ſunt, quod claſſificatio haec poſterior partim inſufficiens ſit, partim contradictiones quasdam evidentes involvere videatur. Sic, dari metalla pura nativa, ſalia pura concreta, bitumina et ſulphura absque petra et lapide ſimplici, repugnat minerae definitioni *Linnaeanae*, qua *Mineras* dicit *eſſe lapides compoſitos, conſtantes petra heterogeneis impraegnata*, *Syſtem. Nat.* p. 1, ubique tamen in Syſtem. Nat. citat. poſtea agnoſcit et agnoſcere debet, dari ejusmodi pura foſſilia et absque petra et absque heterogeneis. Praeterea cui ignotum, dari terras et metallo et ſemimetallo et ſale et ſulphure impraegnatas? quod et *Linnaeus* approbat Syſt. Nat. p. 9.

Hae autem minerae terreſtres non ſub definitione minerae ac ipſa claſſificatione earundem *Linnaeana*, nec ſub mercurialibus comprehenduntur, quaſi e. gr. minera ferri arena-

renacea aeque ac minera martis paludosa, non essent cer-
o caloris gradu fluida, regulo convexo. Cur terra nitro-
a, secundum classificationem *Linnaei* numeretur inter salia,
non vero terra bituminosa inter bitumina; nec arena ferra-
ia inter mineras martis? Cur ea, quae omnimode et essen-
ialiter conveniunt, ab invicem classe, ordine et genere di-
tinguantur? Qualis est ergo definitio et quale genus, quod
non competere et attribui potest speciei, sub genere re vera
comprehensae? Recte et innuit *Linnaeus*, arenam esse lapi-
lem comminutum l. c. p. 9; est ergo arena juxta definitio-
nem *petrae* p. 1. *particulis similaribus*, juxta definitionem
vero fossilium l. c. quorum sub genere arenam comprehendit
p. 9. *particulis dissimilaribus* composita. Ut reticeam, *quam*
inauditum sit, ob solam *magnitudinis* differentiam eiusdem
generis corpora, ad diversam classem, ordinem et genus di-
versum referre. Nonne Quartzum pulverisatum est et ma-
net Quartzum, quemadmodum plumbum granulatum est et
manet plumbum? Denique, omnem petram, Quartzo aliis-
que forte exceptis, a terris originem ducere asserit *Linnaeus*
Syst. Nat. p. 69, eandemque tamen petram, particulis simi-
laribus, terram vero ad lapides aggregatos relatam, particu-
lis dissimilaribus mixtis, compositas contendit l. c. p. Quo-
modo vero ex aggregato fieri possit simplex, et ex particulis
dissimilaribus, sola earundem dissimiliarium particularum
facta ad invicem appositione externa, l. c. p. 69. §. 2. fieri
possint similares, *vix percipi potest, ne dicam contradicto-*
rium esse.

Errat et in eo Linnaeus, quod dicat, *saxa in princi-*
pio non fuisse creata, l. c. p. 69. §. 5. Fluminum enim
cursus, fontium origines, stagnationes aquarum nive vel
pluvia decidentium in aequabili terra, ad coercitiones aqua-
rum intra suos terminos, pleno ore, una cum *Davide* in
Psalm. CIV. 5. 6. 7. 8. 9. 10. contrarium demonstrant. *Sa-*
tis imbecillum pro sua hac assertione demonstranda affert *ar-*
gumentum, a partibus constituentibus desumtum; dicit l. c.

„si

„ſi enim particulae eorum conſtitutivae probe examinentur, arenae proprietates, in locis adjacentibus vel ſubjectis obviae, monſtrant.„ Sed forte non obſervavit *Linnaeus*, nos aequali jure, forte et majori, immo ipſius conſenſu p. 9. dicere, arenam iſtam coadjacentem indicare ſaxum, in diluvio vel aere comminutum, non vero ſaxum indicare ſui compoſitionem ab arena coadjacente.

Sed ne longius extra metam vagemur, accingamus ergo jam nos propius ad ea evolvenda, quae noſtram feriunt propoſitionem. Secundum ſententiam *Linnaei* in Syſt. Nat. p. 5. eſſent per legitimam conſequentiam, lapides; *ſuillus*, *ſpathum*, *chryſtalli pretioſi* ac ipſe *adamas*, ſalium modo in aqua ſolubiles et ſapidi; quum, ut genera inferiora, ad ſalia in aqua ſolubilia et ſapida, ut genus ſuperius ſint relati, immo ut verae ſpecies ſalium conſiderati. Exiſtimavit forte *Linnaeus*, ob figuram polyedram communem l. c. p. 69. §. 8. lapides nominatos et ſalia ſub eodem genere ſuperiori comprehendi poſſe; ſed non obſervavit, ſalia tum aliter definiri atque conſtantem, certam et genericam ſalium notam, contra regulas licet logicas, e notarum tamen numero, excludi debuiſſe; ut reticeam, ſub hoc polyedrico charactere, aequali jure etiam comprehendi Polyedros lapides, Pyritaceos, ollares, Corneos, Quartzoſos, adeoque male a *Linnaeo* eosdem excluſos fuiſſe ab ordine et genere ſalium. *Sic regularum Logicarum inmemores, facile decipimur.* Quod attinet vero lapides, a *Linnaeo* inter ſalia numeratos, abſit, ut magis aliis lapidibus heterogenea inquinati ſint materia, potius ut in ſe et ſua natura omni Quartzo, omni marmore et calcareo lapide puriores et ſimpliciores; — quas tamen proprietates nobilioribus lapidibus adjudicavit *Linnaeus*, eosdem inter mineras ſuas compoſitas heterogeneis inquinatas connumerans; cf. l. c. p. I et V. — Sic non aqua nec ſimplici nec compoſita, ne Stygia quidem unquam ſolvuntur, nec alium niſi gravitatis ſenſum linguae impoſita producunt. Ex adverſo, *Tartarum*, qui ad Salia pertinet, retulit *Linnaeus*

naeus in Syſt. Nat. p. 10 ad concreta terrea, a particulis terreſtribus coalita. Nemini autem ignotum, Tartarum et aqua ſolvi et ſapidum eſſe et chryſtallizari, ac non magis petroſis ac mineralicis conſtare particulis, quam ipſum nitrum. Nec eſt aliqua convenientia *fermenti* cum concretis terreis.

Male et Salia *Syſt. Nat. Auctor* Ammonicalia ac Boracina ex regno excludit foſſili et e catalogo Salium conſignato, perhibens in Syſt. Nat. p. 70 §. 14. haec ipſa ſolum eſſe artificialia; quum tamen ſatis ab aliis demonſtratum, eodem, ſi non majori jure ac nitrum, haec ipſa ad foſſilia referri debere. Sic diſtinctione facta inter lapides et ſalia, bitumina et terras etc. facile propoſitionis noſtrae veritatem demonſtrare poſſumus, id in anteceſſum obſervantes, nullam terram, nec cretam nec argillam, nec bolos, nec concreta animalia, conchas, lapides cancrorum, bezoar etc., multo minus lapides ac metalla vitriolificationi naturali inidonea, aqua vel alio mitiori liquido ſolvi, niſi prius ſpiritu acido, corporum horum cohaerentia fuerit minuta. Conf. *Helmont.* Opera, L. II. p. 104. Tr. de Febribus; *Muſchenbrock* Elem. Phyſ. p. 158, et *Boerhaavii* Chemia T. I. p. 489 et 612.

Quod vero haec corpora non poſſunt in vaſa lactea et fluidorum corporis humani oceanum decurrere, ſequentibus evincitur rationibus:

1. Nunquam in chylo vel in ſanguine, in quibus tamen et globulos farinaceos ac cubicas ſalinas particulas obſervavit *Leuwenhoeck* (conf. *Halleri* Praelect. Boerhaav. V. I. p. 374. n. 4. p. 271. n. 22.) particulae terreae ſunt adhuc detectae; ſumma et chyli tenuitas, aquoſitas, limpiditas ac fere pelluciditas indicant, et nihil terreni non ſoluti heic adeſſe; conf. *Bergeri* Phyſiolog. ſeu de Nat. Humana, p. 147.; nec in urina, alia quam ſimplex et elementaris terra (conf. *Boerhaav.* Inſtitutt. §. 379) optimo microſcopio armatis comparuit. Ex adverſo autem, in inteſtinis coacervata terre-

terrea abſorbentia obſervarunt Mediei, conf. Tralles Exam Rigoroſ. p. 14. et *Alberti* Diſſert. de Atrophia §. 10; con *Halleri* Praelect. Vol. I. p. 315. n. 8. ac per vomitum re jecta, *Nenter* Fund. Medic. T. 2. p. 728, vel per alvun excreta, Hiſtor. Morb. Vratisl. A. 1702. p. 94. conf. *Ett müller* de uſu et abuſu Praecip. Cap. II. §. 24. *Tralles* l. c

2. Impoſſibilis eſt et ſolutio corporum duriorum e terreſtrium in officina chymi- et chyli- fication is; nam u corpora haec ſolvantur, requiritur aut conveniens menſtru um, quod non aliud quam acidum, plus minus pro natur corporum fortius eſſe poteſt; aut major vis, qua haec cor pora ſunt in ſoliditatem compacta, debent enim fieri fluida Sed neutrum in primis viis in ſtatu ſaltem ſano adeſſe, de monſtrant et natura liquorum gaſtricorum, inteſtinalium a Pancreatis mitior, et oſſeae fibrae ac terreſtres particulae per ennes ac obviae in excrementis canum, avium aliorumqu animalium, nec non ipſae mollioris et minoris connexioni fibrae in gramine et ſtramine, quae in excrementis boum e equorum tota die obſervantur. Conf. *Haller* l. c. Vol. I p. 266. n. 6. p. 268.

3. Orificia inſuper vaſorum lacteorum tantae parvita tis, ut oculos etiam armatos effugiant, ſatis et indicare et demonſtrare videntur, nihil terreni non ſoluti eadem intrare poſſe; quamvis non negare auſim, eadem orificia in corpo ribus vivis ſub moto pe-riſtaltico pauliſper dilatari. Conf. *Haller* l. c. Vol. I. p. 29. n. 9. et p. 396. n. 3.; orificia ta men vaſorum lymphaticorum, quorum forte officio fungun tur juxta mentem *Heiſteri*, *Musgravii* et aliorum — conf. *Haller* l. c. p. 309 ac Celeberr. et Exper. Profeſſ. et Archi. *Roſén Anatomia* p. 323. n. 2. non ſuperare exiſtimaverim.

4. Inſuper et figura particularum chyli ut et orificio rum lacteorum vaſorum globoſa indicat, non alia intrare poſ ſe, quam quae eandem aſſumſerunt figuram et fluida ſunt, ac probabiliter, quorum globulorum diameter minor eſt dia metro

metro globuli ſanguinis, nimirum globulo lymphae aequalis. Conf. Celeberr. et Exper. Archiat. et Prof. *Roſen* Anat. p. 29. 30. 31. adeoque quum globulus ſanguinis aequet $\frac{1}{100}$ arenulae (*Haller*, l. c. p. 3.) erit globulus chyli $\frac{1}{36}$ minor, aequalis $\frac{1}{3600}$ arenulae minimae. Hinc non decurrit chylus e vaſis amplioribus in anguſtiora pro diviſione globulorum, ſed ex anguſtioribus in ampliora pro eorundem mixtione et coadunatione. Concludimus hinc, ex minerali regno non alia corpora vaſa lactea intrare poſſe, quam quae aut prius acido ſoluta fuere, aut acidum ſolvens invenerint in primis viis, quod tamen niſi fortius fuerit, quale nunquam reperiri poteſt, plurimis corporibus mineralibus non ſufficit diſſolvendis. Simul tamen id obſervandum, corpora terreſtria ſoluta ſuo menſtruo, non jam magis eſſe terrea foſſilia, nec agere ut terrea in maſſa ſanguinea, ſed ut in ſua principia conſtitutiva diſſoluta.

An ergo aqua ſolvere poteſt argillam, quemadmodum exiſtimat *Linnaeus* in Diſput. de *Febrium intermittent. cauſa*, p. 12. §. 35. p. 13. §. 44. p. 15. §. 54. etc.? An ſimul et *cotem* lapidem ſolvere valet aqua, ut dicit *Idem Auctor* l. c. p. 12. §. 35? An et aqua cotem ſolvens, vaſa intrare poteſt lactea, ac ſedimentum cotaceum in pulmonibus deponere et phtiſin producere, ut in Diſput. nomin. dicit l. c.? Nonne potius phtiſis, ſi in fodina Orſenſium Dalecarlica frequens, ſecundum obſervationem *Linnaei*, potius a pulvere cotaceo per aerem diſperſo, reſpiratione hauſto, derivanda? ex dictis facile dijudicari poteſt.

II.

THESES PATHOLOGICAE.

3. *Febres intermittentes, ut rariſſime vel vix alibi, ſic et nullibi Sueciae ſunt adhuc obſervatae Endemiae, plerumque vero Epidemicae, ſimul Sporadicae.*

Morbi *Endemii* a Medicis illi vocantur, qui certo in loco univerſum populum afficiunt, atque in omnes cujuscunque ſexus, aetatis et conditionis homines deſaeviunt. *Epidemici* morbi ſunt, qui certis tantum temporibus plures in uno loco invadunt; *Sporadici* vero, qui paucos, idque ſeparatim vel ſparſim alios inter morbos apprehendunt. *Cauſſae* ergo *Endemiorum* morborum perpetuo ſaltem diuturno tempore et univerſaliter agunt, adeoque aut ab äere vel ſitu loci vel victu conſueto vel aquis derivandae; *Epidemicorum* vero cauſſae omnibus quidem communes, non autem continuae, ſed adventitiae ſunt, atque dependent a qualitate äeris incognita, vel a ſpiramentis et effluviis communicatis, rariusque a victu et vitae genere, quum vix divites et pauperes, quorum neutri ab Epidemico ſunt liberi morbo, eodem utantur cibo, niſi forte in bello et in caſtris, vel univerſaliter inquinato frumento. Ad epidemicos itaque morbos *Pandemios* etiam refero. Sporadici rurſus morbi ſingulares agnoſcunt cauſſas a pravae vitae et victus ratione uniuscuiuscunque deducendas. Quod Febres intermittentes locis uliginoſis ac depreſſis familiares ac gentilitiae ſint, innuere videtur Fr. *Hoffmann* in Med. Syſt. Tom. IV. p. 1. ſ. 1. Cap. 1. §. XI p. m. 14. Quod vero alicubi *Sueciae*, vel ſpecialiter *Uplandiae* nominatae febres ſint continuae et univerſales, h. e. endemicae, prout *Car. Linnaeo* in Diſput. *de Cauſſis Febrium intermittent. dicere placuit*, *hoc obſervationibus et veritati* non congruit. Verba haec ſunt; §. 2. „In Uplandia nullus morbus magis eſt „endemius, et ibi videtur imprimis proprias ſedes fixiſſe; „porro §. 14. Certo enim febrim exſpectet, qui in Uplan„dia veſtes hybernas ante tempus et priusquam frigus ceſſa„verat abjicit, qui male veſtitus vento vernali ſe exponit, „antequam ſolis calefactus radiis; quique ut Studioſi Upſalien„ſes poſt ſudores aërem frigidiorem admittunt. Denique §. 15. „Studioſi Upſalienſes, quam primum nix ſoluta fuerit, exe„unt in campum proximum et luſu pilae motum corporis „nimium excitant, mox veſtes deponunt, quidam frigida „aqua,

„aqua, quidam lacte in proxima casa emto, se reficere stu„dent; hi omnes inter dies pauciſſimos febri intermittente „corripiuntur.„

Ne autem *ab hyperbolicis hisce obſervationibus Linnaeanis* a Camoenis Upſalienſibus deterreantur vel inquilini vel exteri poſtulat rei veritas et dignitas, ut breviter ſiſtam catalogum morborum epidemicorum ac febrium interm. Upſaliae graſſantium, quem gratioſe Celeberr. et Exper. Archiater et Profeſſor *Roſén* mecum communicavit ſequentem.

1731. Febris intermittens epidemica, contagioſa quaſi, incipiente aeſtate ceſſavit.

1732. Purpura rubra et alba in iisdem ſimul ſubjectis, duravit per menſem.

1733. 34. 35. 36. Nullus morbus epidemicus.

1737 et 38. Variolae benignae. Dyſſenteria ultra X non invaſit anno 1738.

1739. Febris Petechialis vera, usque ad aeſtatem, rediit menſe Decembri et duravit per ſex ſeptimanas.

1740. Morbilli, Menſibus Mart. et Aprilis.

1741. Febris Scarlatina, menſe Januar.

Quartana, Stockholmiae aliisque locis adeo funeſta praeter tres quod ſciam, intra moenia noſtra per decennium hoc afflixit.

4. *Certam et demonſtrativam Febrium intermittentium cauſſam proximam nondum allegare poſſunt medici; eandem vero non conſiſtere in ſtagnatione particularum argillacearum in ultimis vaſis arterioſis, nec cauſſam remotam ab aſſumtione et potu aquae argillaceae dependere, facile demonſtrari poteſt.*

Cauſſa morbi *proxima* dicitur, quae totum morbum immediate conſtituit, cuius praeſentia ponit et continuat morbum. Hanc ut maxime abſconditam in plurimis mor-

bis, ſic certam ex affectu cognoſcere, fruſtra hucusque adlaborarunt Medici. Adeo enim multi exiſtunt caſus poſſibiles diverſae cauſſae ejusdem tamen fere effectus, aequaliter ac diverſorum effectuum, ab aequali cauſſa, pro diverſitate ſubjectorum, aliarumque circumſtantiarum. Fecit tamen induſtria recentiorum Medicorum circa continuas obſervationes morborum, fluidorum corporis humani examina, demortuorumque diſſectiones occupata, ut maxime probabiles jam allegare poſſint cauſſas proximas, ac in multis morbis certas, una cum certo operandi modo. Sic *febrium* intermittentium cauſſam proximam jure ponunt Medici, vel in *lentore humorum capillaria vaſa infarciente*, unde ſpatium, fluidis ideo et ſanguini corporis humani decurrendum minuitur, ſimul et vaſorum numerus; quare et velociori motu et majori quantitate per venam cavam in cor ſanguinis refluere, neceſſe habet; vel *in materia quadam irritante et ſtimulante*, aut ab extrinſecis, aëre nempe communicata, aut intrinſece generata et producta, hinc enim liquidum nervoſum ad velociorem in muſculos et ſubſtantiam tam cordis quam organorum reſpirantium influxum excitatur, quare et ſanguinis motus acceleratur; vel *ab utraque hac nominata cauſſa conjuncta*, nimirum tam ab acrimonia ſtimulante, quam a lentore et obſtructione, motui ſanguinis reſiſtente. Ab hac capillariorum vaſorum nominata obſtructione ſimul et ab obſervata raritate ac abſentia febrium intermittentium in Borealibus Sueciae plagis, una cum raritate et abſentia argillae, utriusque vero frequentia ſimultanea in Auſtralibus Sueciae regionibus, praecipue Uplandia, concludi poſſe exiſtimat *Linnaeus* in citat. Diſput. aquae argillaceae vel argillae obſtructionem in capillaribus vaſis eſſe cauſſam proximam febrium intermittentium. Argumentatur enim l. c. §. 34. etc. ſequenti modo:

„Motu et quiete, ſomno et vigiliis, excretis et retentis (conf. Exper. Doct. Olav. *Kahlmeter* Diſput. de communi ad Septentrionem per aeſtatem degentium malo, alvo adſtricto,

ſtricto, — unde conſtat incolas Sueciae auſtrales et ſeptentrionales maxime in excretis et retentis differre) animique paſſionibus omnino conveniunt inter ſe incolae Sueciae auſtrales et ſeptentrionales, aër et coelum ſe habet, mutatur, turbaturque aeque fere eadem ratione (ſi non alia reperiatur aëris differentia, tamen in calore per aeſtatem et in frigore per hyemem maxima obſervatur, inter auſtrales et ſeptentrionales Sueciae provincias) utrobique cibus et potus ſimiliter (Lappones tamen nec vegetabili ne pane quidem nec ſale nec alio potu quam aqua uti, alibi ipſe dixit *Linnaeus*, in *Flora Lapponica*, §. 80. p. 51 et §. 342 p. 269. 1. conf. et Exper. Direct. Claſſ. Reg. Med. *Fiellſtröm* Diſput. de *Medicina Lapponum* §. 4, quae omnia uſitatiſſima ſunt in auſtralibus provinciis, aqua excepta, quam raro et non niſi urgente neceſſitate ruſtici auſtrales bibunt ac Uplandici.) Sed aqua pro varia cruſta terrae variat. In meridionali Sueciae plaga eſt abundans argilla, adſunt et febres intermittentes, §. 18. l. c. *Ergo ab argillacearum particularum in ultimis vaſis arterioſis obſtructione Febris intermittens*, §. 14. l. c.

Hanc Febrium intermittentium cauſſam proximam genuinam non eſſe, ſequentibus demonſtratur rationibus:

1. Dantur in Suecia tractus terrae, ubi copioſiſſima argilla, rariores tamen ſunt febres intermittentes, ut in *Weſtro-Gothia* circa urbem *Skaram*. Num ergo Gothia occidentalis viritim hoc morbo laborat, ut dicit *Linnaeus* in Diſput. citat. §. 3. p. 6?

2. Dantur et tractus terrae, ubi parcior argilla, frequentiores tamen febres intermittentes, ut in *Oſtro-Gothia*, praecipue ad littora maris. *Errat Linnaeus*, dicens, *Sudermanniam*, *Gothiam Orientalem* cum *Weſtmannia* viritim hoc morbo laborare, l. c. §. 3. *Errat* et dicens, febres intermittentes *Helſingiae* eſſe rariſſimas §. 8, *Angermanniae* adhuc rariores, ibidem-

que eſſe portenti inſtar, §. 9, ſimiliter, et dicens, *Helſingiae* non eſſe multum argillae §. 41. p. 13. ac in *Angermannia* parum §. 42.

3. Si ab argillacea aqua dependerent febres intermittentes, inevitabiliter tum omnes, ne unico excepto, qui nonniſi argillaceam aquam habere poſſunt, morbo iſto affligerentur, idque continue, ſola accedente prohibita transſpiratione, quod tamen obſervationibus nequaquam congruit. Conf. §. 3.

4. Argillaceae particulae non intrant vaſa lactea, §. 2, nunquam ergo obſtruere poſſunt vaſa capillaria, ad quae non perveniunt.

5. Eadem argumentandi ratione, qua uſus eſt *Linnaeus*, ſuperius allata, dicerem, *Variolarum* et *Morbillorum* cauſſam pooximam ab aquae argillaceae obſtructione in capillaribus vaſis dependere. Sunt enim Variolae et Morbilli Lapponibus magis, febribus intermittentibus, ignoti. Vid. *Fiellſtröm* Diſput. de Medic. Lapponum.

6. Tandem et a cauſſis remotis facile judicari poteſt de cauſſa morbi proxima. Cauſſa enim remota, vocatur, quae corpus ita mutat, ut aptum ſit, ſuſcipere morbum, ſi adhuc alia acceſſerit, *Boerhaav.* Inſtitutt. §. 741. Sic Medici febrium intermittentium cauſſas allegant remotas, quae acrimoniae ſtimulanti generandae, vel ab aere communicatae, fovendae et retinendae, quae et viſcidis ac lentioribus humoribus producendis idoneae ſunt: quales ſunt: *cibus* inordinatus vel crudus, ingluvie aut nauſea aſſumtus, praecipue qui viſcidus ac ſolutioni in ventriculo aegre auſcultat — F. *Rivini* Diſput. de Febribus intermittent., p. m. 793. §. 26 et 27. *Bonet* in Sepulchr. T. II. L. IV. S. I. Obſ. XXVI. p. 1425. *Fr. Hoffmann* Med. S. T. IV. p. 1. S. 1. cap. 1. Obſerv. V. etc.; *abuſus* acidorum

rum et ſpirituoſorum, *Bonetus* l. c. Ros. *Lentilius* p. III. p. 185 et 190. *Hoffmann* l. c. etc.; — *animi moerores* continui aeque ac iratus animus, *Hoffmann* l. c. C. I. Obſ. III. Obſ. IIX et Cap. II. Obſ. IV. et IIX. *Rivinus* l. c. §. 38 etc.; — *motus deficiens*, vita ſedentaria et otioſa, *Hoffmann* l. c. C. II. Obſ. III. etc.; — *refrigerationes abdominis* poſt ſumtum cibum; conf. ubique *Hoffmann* l. c.; — *Scabies* retropulſa vel alia materia *Dolaeus* Encyclopaed. Med. L. IV. C. VII. §. II. p. m. 140.; — denique et *epidemica* aëris conſtitutio, conf. Hoffmann, l. c. Hiſtor. Vratislavienſ. etc.

Cur ergo has evidentes tot celebrium Medicorum obſervationes falſas vel ſaltem dubias eſſe, nobis cum *Linnaeo* in cit. Diſput. *imaginemur*, *ſolum pro adſtruenda falſa* hypotheſi? Exiſtimat *Linnaeus* l. c. *unico ictu ſe conculcaſſe ac deſtruxiſſe omnes nominatas cauſſas*, et quidem ſequenti argumento: „In Norrlandia vel alibi adſunt cauſſae remotae omnes febrium intermittentium; ignota tamen ibi eſt febris nominata; ergo febres intermittentes a cauſſis iſtis remotis derivari non poſſunt.„ conf. Diſputat. citat. §. 22 et ſeq. Sed non ſatis mirari poſſum, *qua commotus ratione, tam imbecilli, putatitio ac erroneo argumento ſe omni Medicorum cohorti opponere auſus fuerit.* Norlandia, ſi Lapponiam, ubi alius victus et alia vita, excipiamus, non libera eſt et ſecura ab hoc morbo. Praeterea, ubi demonſtravit *Linnaeus*, easdem eſſe qualitates aëris imperceptibiles in Norrlandia, quas ab effectu obſervant Medici aliis in regionibus? Gratis ergo aſſumit, in Norrlandia cauſſas remotas a Medicis nominatas omnes adeſſe. Inſuper *Linnaeo* ignotum eſſe non potuit, cauſſas remotas nunquam agere ſolas, ſed requirere alias cauſſas accedentes et excitantes, quae vocantur *procatarcticae*, quae ſimul cum remotis praedisponentibus iunctae, morbum tandem producunt. *Nulla ergo eſt conſequentia in argumentatione Linnaeana.* Idem

eſt, ac ſi dicere vellem: quia cauſſae remotae febrium intermittentium allegatae non ſemper et ubique ſunt activae, nec ſolae per ſe activae eſſe poſſunt: ergo nullibi exiſtunt, ut cauſſae praediſponentes et remotae, vel morbum non producere valent, ſi acceſſerint aliae cauſſae excitantes, ſimul requiſitae.

5. *Calculi renum, veſicae urinariae ac felleae e particulis terreſtricis mineralibus non ſunt coaliti et concreti; nec Podagrae cauſſa ſolo Vino attribuenda.*

Tanta fere obſervatur differentia calculorum animalium et quoad locum natalem, et quoad modum generationis et quoad rudimenta ac elementa, quanta obſervatur in illis diſſidentis ingenii lapidibus, largiſſima penu tam in telluris gremio, quam in eius cortice obviis. Sic a pilorum, linctu deglutitorum, facta in primis viis vaccarum aliorumque pecorum conglobatione, ut et ex plantarum conglobatis fibris, in ſtomacho ac inteſtinis rupicaprarum oriuntur *Pilae Damarum* ſeu *Aegagropilae*, conf. *Halleri* Praelect. Vol. I. p. 100. Sic *Bezoardici* lapides, quos male *Linnaeus* calculos urinae brutorum eſſe dicit in Syſt. Nat. p. 10. n. 43. in ſtomacho ac in vicinia pylori vel nudi vel ſacculo incluſi generantur, a materia vel gummoſa vel reſinoſo-gummoſa vel alius generis aſſumta et ſucceſſive ad conſiſtentiam reſinae indurata et lamellatim aucta; conf. *Leſſer* Lithotheolog. p. 258. *Valent.* Muſ. T. I. *Boecleri* Cynoſ. Mat. Med. T. I. p. II. p. 35. Sic a coaleſcentia particularum terreſtrium oriuntur calculi in pulmonibus praecipue lapicidarum, a pulverulenta lapidoſa materia caedendo per aërem diſperſa ac reſpiratione in pulmone attracta et coacervata, et ſic porro. Calculos vero renum, veſicae ac cyſtidis a particulis terreſtribus mineralicis non eſſe concretos, probatur:

1. Diſtillatione, qua ex calculis veſicae nihil aliud obtineri poſſe evincitur, quam quod animalibus proprium et in urina continetur, nempe ſpiritus et ſal volatile, oleum

oleum tenuius & craſſius, et terrae elementaris praeterpropter $\frac{1}{10}$; conf. *Blanckard* Chem. Oper. T. I. p. 114. *Boerhaav.* Chem. T. I. p. 613. Idem et de calculis cyſtidis valet, quorum natura bilis naturae proxima.

2. Experimentis et aliis conſtat, calculos cyſtidis totos igne deflagrare, absque reſiduo, — conf. Morgagn. Adverſ. Anat. III. p. 59. 60. *Halleri* Praelect. p. 364. n. 29. — immo et aquis innatare. De calculo veſicae afferam *Fr. Hoffmanni* verba in Obſ. Phyſ. Chem. p. 211. „Tertio, illud quoque clare atque evidenter deducendum ex hisce experimentis videtur, humanos calculos, non uti fert opinio vulgaris, ex terra lapidoſa, fixa et calcarea eſſe coalitos, quia nempe tota ſubſtantia calculi igni impoſita avolat et in fumum volatilem ſalinum, qualis in animantibus eorumque partibus datur, reſolvitur, id quod omnibus lapidoſis fixis et calcareis terreis negatum eſt.„

3. Quia terrea mineralia non ingrediuntur vaſa ſanguifera, §. 2.

4. Quia ſola quiete, ex materia calculoſa, in quocunque lotio reperiunda, efformatur calculus. Ex dictis itaque liquidum eſt, nequaquam calculos hoſce vel Aegagropilas vel Bezoardicos vel alios animales, referri poſſe ad concreta terreſtria, quemadmodum et a mixta terra foſſili eosdem non eſſe concretos; contrarium licet ſibi perſuaſum habuiſſe videatur *Linnaeus* in Syſt. Nat. p. 10. n. 43. conf. p. 69. §. 4. An ergo *calculi* ad *petrificata* referendi? Definitio *Petrificatorum*, quam tradit *Linnaeus* Syſt. Nat. p. 11. „quod ſint foſſilia, quae ſimulacrum vegetabilis vel animalis impreſſum oſtendunt„ non petrificatis ſed figuratis competit lapidibus, toto coelo diſtinctis. Nunquam c. gr. marmor Florentinum vel lapis Dendriformis vocari poſſunt vel debent petrificata. Petrificatum eſt,

proprie et accurate loquendo, lapis, indicans organiſmum vegetabilis ſive animalis, naturalis, aut arte figurati, praeexiſtentem et ſtructuram internam; ſeu, eſt lapis, ſymmetria partium ſtructuram corporis vere organici indicans. Quae definitio, quum nec calculis competat, ideo optime ad peculiarem referuntur claſſem.

Podagram quod attinet, de ea ita dicit *Linnaeus in Flora Lapponica*, p. 157. §. 200. „An podagra a ſolo vini potu? Sic ſuadent nationes podagricae, quae pro potu quotidiano utuntur vino. Sic ruſtici noſtri podagra haud infeſtantur, qui nunquam vinum, ſed cereviſiam ſuam hauriunt; ſic Lappones, ſic divites noſtri podagrici, qui potu vini utuntur etc.„ Cauſſae vero diſſuadentes ſunt ſequentes et quidem:

1. Quia plurimis in locis et a multis vina aſſumuntur absque metu podagrae. Vid. *Hoffmann* Med. R. S. Vol. IV. p. 1. S. 11. Cap. XI. §. XX. Hinc proverbio recte dicitur: *Vinum potans, podagra laborabis, et vinum non potans, laborabis podagra.*

2. Dicit *Werlhof* in Caut. p. 31. not. ſe noviſſe hydropotam, ſed tabaci abuſui deditum, podagra ſummopere excruciatum.

3. Aeque frequenter a nimia Venere ac a Baccho originem habet; conf. *Boerhaav.* Praxis *Hoffmann*, l. c.

4. *Figuli* et *venatores*, qui vinum non viderunt, hoc morbo cruciantur, et nec ruſtici nec Lappones, (conf. *Fiellſtröm* Diſput. de Med. Lapponum, §. 4.) ab arthriticis ſunt immunes doloribus, forte nec podagricis, ſed raro ſollicitant Medicos.

5. Omnia, quae vel ad lentorem, ſpiritibus animalibus inducendum, vel ad acrimoniam quandam in iis generandam, vel ad debilitatem aut rigiditatem quandam,

dam, generi nervoſo inferendam apta ſunt, illa et idonea producendae Podagrae. Diſputari ſolet inter Medicos; an acrimonia in podagra praeſens ſit acida an alkalina? Tachenius, ſpiritu ſulphuris acido, quo ut prophylactico contra peſtem feliciter uſus, factus eſt arthriticus. Cajetanus *Tacconus* in Comment. Acad. Bonon. p. 148. variis curioſis experimentis demonſtravit, mucilaginem articulorum coagulari aeque acidis, ſpiritu nitri et vitrioli, ac *alkalinis*, ſpiritu ſalis Amm. ac oleo Tartari p. d., atque materiam podagricam interdum cum lapidibus cancrorum effervescere ac Syrupum Viol. tingere rubro colore, interdum in aliis ſubjectis cum lap. cancr. non effervescere atque ſyrupum Viol. tingere viridi colore. Hinc et vinum aliis prodeſſe, cum Bullonio et aliis obſervavit, aliis nocere. Eſt ergo vinum non ſola cauſſa, ſed interdum Medicina Podagrae. Sunt et nota exempla eorum, qui cubitum ituri aſſumentes parum vini Rhenani vel Ungarici, quo, ſequenti matutina luce per bithorium ſudorem lenem in lecto exſpectant, et hac medicina commode a paroxyſmis ſe praeſervant podagricis, idque eo certius, quod unica vice omiſſa debita portione vini veſpertina paroxyſmum ſentiant.

6. *Taenia, vermis in humano hoſpitans corpore, non eſt articulata, nec peculiaris ſpecies.*

Edam cum aliis oberravit chorda *Linnaeus* in *Syſt. Nat.*, *Taeniam* pro peculiari vermium ſpecie habens, corpore articulato. Conſtat vero partim ex obſervationibus, vermes hosce latos ad inſtar ſeminis cucurbitae interdum ſeparatos interdum articulatim mutuo conjunctos fuiſſe excretos, conf. Ioh. Iac. *Neuhold.* Obſ. Path. therap. p. 16. Dec. 1.; partim ex accuratiori contemplatione, Taeniam articulatam nihil aliud eſſe quam Aſcarides latiores mutuo et arcte conglutinatos. Nimirum impellit alter ſuam anteriorem partem, in qua os ſitum eſt, in caudam alterius patentem; quam

quam deinde admittens, marginibus caudae ſuae flexibilibus amplectitur et conſtringit; tum emittit prior liquorem album glutinoſum, quo pars parti ita agglutinatur, ut vermem alicubicunque abrumpere facilius ſit, quam in hac connexione; immo quod vires ad id neceſſariae ſe habeant, ut tres ad quinque; conf. *Vallisnieri* et Steph. *Coulet* Diſp. Med. de Aſcarid. et Lumbr. lato §. XI; partim a natura taeniae articulata; quomodo enim, ſi eſſet peculiaris ſpecies vermium, poſſibile eſſet, ut partibus integris, ad plurimarum ulnarum longitudinem vel minus abruptis, tamen viveret vermis? An ergo unquam viderit *Linnaeus*, Taeniam in ochra acidulari Syſt. Nat. p. 77. §. 10? Dubitandi rationes ſunt plurimae, negari tamen nolo.

III.

SEMIOTICAE.

7. *Sedimentum urinae febricitantium lateritii coloris non eſt farina argillacea in corpore cocta, nec ſignum talis argillaceae materiae.*

Contrarium licet foveat ſententiam Linnaeus in Diſput. cit. p. 17. §. 58 et p. 18. §. 62, noſtrae tamen propoſitionis veritatem ſatis demonſtrarunt Mediei, qui ſedimentum urinae lateritii coloris obſervarunt in morbis chronicis, Scorbuto, Senectute extrema, paſſione nephritica, lctero flavo et atro, quibus ergo in morbis ſimul farina adeſſet argillacea, Vid. *Boerhaav.* Inſtit. §. 1002. *Hoffmann* Med. R. S. T. III. S. 1. C. XIII. §. XX. etc. p. 299. Non nego tamen, ab urinae ſedimento criſin in febribus haberi.

8. *Horror, tremor et frigus corporis humani non ſunt ſigna vel infallibiles effectus praeexiſtentis obſtructionis vel impeditae evacuationis materiae cujuscunque, exitum e corpore molientis.*

Labo-

Laborioſe conquiſivit *Linnaeus* Diſp. cit. p. 15. §. 55. multa exempla, quibus demonſtraret, horrores ac tremores indicare, impeditum aliquid eſſe quod ſtimulat *ſecerni*. (Exiſtimaverim, heic ut et p. ſeq. 16. Auctorem voluiſſe dicere *excerni*, quum urina retenta, feces, genitura praeparata, partus, menſtrua, lac, tranſpirabilis materia, non jam qua talia retenta ſecernantur ſed excernantur.) Obſervandum vero:

1. Non ab omni ſimplici retentione urinae, fecum &c. horrores dependere, ut exiſtimat *Linnaeus*, ſed aut a nimia repletione, vaſorum latera diſtendente, aut, quod plerumque fit, ab acrimonia, nervos et vaſa irritante, originem habere. Hinc et urina, feces, genitura absque ſubſequente horrore plerumque retinentur.

2. Nec ab omni repletione vaſa diſtendente ſpaſmi et horrores oriuntur, ut obſervavit Fr. *Hoffmann* in Med. Rat. Syſt. T. II. Cap. VIII. § 13. in repletionibus hepatis, lienis, uteri, meſenterii, ſed tantum in iis partibus, quae ex membranis nerveo muſculoſis conſtant.

3. Horripilationes corporis humani fieri, ubi neque repletio neque obſtructio neque acrimonia praeceſſerit, ut obſervamus I. poſt nimias evacuationes factas liquidorum, unde ob defectum materiae movendae, ad extrema primum deſinentis, minor non ſolum attritus et minor calor, ſed et tremor a contractione vaſorum oriuntur, quod Chirurgis circa graviorum vulnerum ligaturas occupatis notum. 2. In affectibus animi, moerore, triſtitia, horrore; in his enim affectibus ſpiritus animales minus in vaſa cordis et pulmonum influunt, minus et in reliquas corporis partes praecipue externas, unde et deficit vis propellens ad extrema et contrahuntur vaſa. Fiunt vero haec omnia ab his affecti-

fectibus etiam in hominibus robuſtis, perfecta ſanitate fruentibus.

4. Horripilationes interdum antecedere ac producere obſtructiones, et repletiones. Hoc et *Linnaeus* indicat cit. Diſp. p. 17. §. 61, dicens: „incipit magno frigore et horroribus, unde adhuc magis prohibetur transſpiratio. „Ergo prohibent tranſpirationem effective. Nec ignotum eſt, ab aëre frigido vaſa conſtringi, horripilationes eo tempore fieri, et hinc inde tranſpirationem impediri. Ergo, quum ſigna medica ſint naturalia ſigna, quae mechanice neceſſariam connexionem cum ſignato habent, atque ab effectibus deſumuntur. *Boerhaav.* Inſtit. §. 881. Horrores vero, tremores ac frigora corporis humani interdum ab obſtructionibus dependent, interdum non; interdum obſtructiones ſequuntur, interdum non; interdum antecedunt. Non itaque ſigna medica coactae retentionis ejus, quod natura expellere avet, eſſe poſſunt. Sunt vero horripilationes ſigna ſpasmodicae contractionis cutis, ac minoris ibidem attritus et motus, aut ab obſtructione, aut a lentore et viſciditate, aut ab acrimonia irritante, aut defectu materiae ibidem movendae dependentis.

IV.

HYGIEINICAE.

9. *Senſus externi non ſunt accurati et ſufficientes examinatores diaetetici omnis cibi ingerendi.*

Dicit *Linnaeus* in *Syſtem. Nat.* p. 74. „*Senſus externi ſunt examinatores diaetetici omnis cibi ingerendi, quibus bona a malis diſtinguuntur, a Creatore omni animali pro diverſitate naturae diverſi conceſſi.*„ Huic propoſitioni, ni fallor, innixae ſunt aliae *Linnaei* propoſitiones; nempe 1. *Vires plantarum cognoſci ſenſibus externis ac a claſſificatione,*

ne; (conf. Syſt. Nat. p. 73. §. 19. Fundamenta Botan. p. 21. §. 336. et p. 23. Concl. XII.) quaſi cognita ſuperficie, cognitae et eſſent partes conſtituentes. Breviter in Diſput. *de Hiſt. Nat. Uſu Med.* p. 42. meam dixi ſententiam, aliorum teſtimoniis ſuffultam, quam heic repetere ſupervacaneum duco. 2. *Quadrupedum ſalubritatem a ſua eorundem claſſificatione* in Syſt. Nat. p. 34 et ſeq. allata, *determinari poſſe*, ut dicit in *Actis Academ. Scient. Stockh.* Vol. I. Anno 1740, Trim. 2 p. 331. Forte et ſic de aliorum animalium, piſcium, avium, inſectorum, amphibiorum, immo forte et mineralium ſalubritate, a ſenſibus externis & a ſua claſſificatione judicari poſſe exiſtimat. Sed videamus, quales ſenſus externi ſint examinatores, deinde examinemus ſalubritatem quadrupedum.

Senſuum externorum utilitatem in dijudicandis bonis vel malis non nego, quod vero non ſint accurati et ſufficientes examinatores cibi diaetetice boni vel mali, probatur.

1. *Ab effectu.* Si ſenſus ſufficienter examinare poſſent naturam cibi, cur olim coacti fuere homines poſt aſſumtum cibum, querimoniam de praeſenti morte in olla habere? Cur et hodie plurimi eandem interdum proferre lamentationem neceſſe haberent? Similiter, brutis conceſſi ſunt ſenſus externi, quibus bona a malis diſtinguerent, ſed nec illis ſufficientes eſſe probant ſatis: ſtrages boum a cicuta aquatica; Flora Lappon. *Linnaei* §. 103. p. 7.; pecorum morbi ab antherico ſcapo folioloſo laxe ſpicato, *Linnaei* Flor. Lappon. §. 136. p. 99; mors ſubitanea gregis porcini ab atriplice ſylveſtri latifolia, *Steinmeyer* Sert. Flor. Suec. App. p. 2. et alia exempla.

2. *Ab ipſa inſufficientia ſenſuum.* Senſus ſunt fere vel omnino iidem omni animalium individuo, ſub ſpecie contento, etiam hominibus, ſed non omnibus individuis omnia aequaliter conveniunt. Homo, cui praeter ſenſus etiam data eſt anima rationalis, non ſolis ſenſibus fidere debet.

Senſi-

Senſibus cognoſcere poteſt ſaporem, odorem, colorem, figuram rerum, ratione vero auxiliante pervenit in cognitionem partium res diverſas conſtituentium ac propriae naturae. Quum vero ſalubritas alimentorum determinetur a natura hominis et natura alimenti, patet ergo, ſenſus non eſſe ſufficientes examinatores diaeteticos. Hoc ergo poſito fundamento, nominatis auxiliis, judicari demum poteſt de ſalubritate quadrupedum.

Nimirum ab experientia et naturae humanae cognitione compertum eſt, ea, quae acrimoniae cuidam in corpore humano generandae minus apta ſunt, homini eſſe ſalubriora; quo magis ergo caro, a natura vegetabilium recedens, in alkalinam prona naturam, eo minus ſalubris. Herbivora itaque animalia, vegetabilium naturae proxima, ex quadrupedibus, generice loquendo, ſalubriora ſunt; ſed ex his animalibus alia penitus etiam ſubtiliores ſuccos vegetabilium exprimunt, ſuaeque aſſimilant naturae et in ſebaceam commutant pinguedinem et vocantur Ruminantia Biſulca; alia minorem impendunt operam in exprimendis ſuccis vegetabilium, ac adipoſam habent pinguedinem, qualia ſunt Biſulca non ruminantia, ſolidipedia, quadriſulca, immo plurima ex Unguiculatis animalibus. Priora itaque omnium quadrupedum ſaluberrima ſunt. Herbivora animalia excipiunt omnivora, quae et vegetabili et animali nutriuntur, adeoque quo magis recedunt a natura vegetabilium, eo minus homini prōſunt; quales ſunt unguiculata, beſtiae minoribus unguibus et aliae ſemiferae. Carnivora jam ſequuntur, qualia ſunt Ferae, ex quibus quaedam Feroces Carnivorae beſtiae vocari poſſunt, quarum caro vel quadruplicata vice jam a vegetabilium natura diſcedit; aliis enim non parcunt feris, hinc et lac habent tantae acrimoniae ac tam urinoſum, ut ad mundandos pannos utile ſit, quale leoninum; conf. *Haller* Prael. Vol. I. p. 272. n. 3.

Propoſitio itaque *Linnaei* in Actis *Academ. Scient. Stockholm.* l. c. allata: „*nullum animal quadrupes adeo venena-*

nenatum, quin comedi poſſit„ duplici opus habet limitatione. Nempe 1. quod animal non ſit rabioſum. 2. Quod ex Carnivoris parum et parce aſſumi debeat, non ad comedendum, ſed, ſi placet, ad deguſtandum. Carnem enim horum animalium non injuſte inter venena numeramus temporaria, ſi ex eadem multum, vel non aliud, acrimoniam corrigens, ſimul aſſumatur. Propoſitiones illimitatae in Medicina ſunt periculoſae, et cum vitae diſcrimine conjunctae. Cognoſcitur itaque animalium ſalubritas generaliter ab eorum alimentis. Illa ergo claſſificatio, quae a partium, nutritionis fini deſtinatarum, notis deſumitur, generaliter et ſalubritatem quadrupedum determinat. Ex unguibus & dentibus acutis, ad carnes dilacerandas idoneis, cognoſcuntur carnivora et ferae; ex ungulis vero et dentibus obtuſis Herbivora. Heic itaque habemus claſſificationis *Moſaicae* vetuſtiſſimae, ſufficientiſſimae, fundamentum phyſicum.

Dicit *Linnaeus* in *Actis Acad. Scient. Stockholm.* l. c. a ſua claſſificatione in Syſt. Nat. allata, ſalubritatem quadrupedum cognoſci. Ponit et primo loco jumenta, glires, armenta, feras. Sed exiſtimaverim, heic eſſe *errorem*, non crediderim Scriptoris, ſed Typographi et debuiſſe poni: Pecora, glires, jumenta, feras. Sed ne ſic quidem huic ſcopo ſufficiens et conveniens eſt claſſificatio *Linnaeana;* quia 1. inter ungulata retulit unguiculata binis unguiculis, genera Camelorum et quae et juxta *Cyprianum* p. m. 531. dentibus caninis non carent, licet ruminantia ſint. 2. Nemini ignotum, carnem Erinaceam, Armadillinam inter feras a *Linnaeo* numeratam, ſalubritate, immo ſapore porcinam, inter jumenta relatam, ſuperare. 3. Talpam herbivoram, inter feras numeratam, innocentius mure domeſtico aliisque gliribus comedi poſſe fatentur omnes. 4. Caro muſtelae, putorii, martis, ferarum *Linnaei*, juxta Diaeteticos, carni leporino et ſciurino, glirium *Linnaei*, correſpondet, elephantinam vero et rhinoceroticam, jumentorum *Linnaei*, longe ſuperat, et ſic in reliquis. Sed haec ſufficiant.

10. *Fructuum arboreorum eſus hominis naturae parum eſt conveniens et periculoſus.*

Verba *Linnaei* in Diſput. *de Febr. Intermitt.* p. 10. §. 26. haec ſunt: „*Fructuum eſus* — §. 19, in quo enumerantur poma malorum, pyrorum, drupae, ceraſorum, prunorum etc. — *ſine ratione culpatur; ſcilicet hic cibus maxime eſt conveniens homini*, quod teſtantur quadrupedum ſeries, analogia, homines ſylveſtres, ſimiae, ſtructura oris, ventriculi manuumque. „Obſervandum vero: 1. Fructus arboreos in aciditatem maxime eſſe propenſos. 2. Nimis flatulentos, adeo ut pomum gignat aëris volumen, quadrageſies et octies toto pomo majus. 3. Hinc calida tempeſtate crudos ventriculo ingeſtos non poſſe non fermentationem incipere, interdum et revera concipere, unde ructus et flatus, ac, alvo conſtricta, tumores, dolores, inflammationes et mors; conf. *Haller* Praelect. Vol. I. p. 106. Non promiſcue tamen rejicimus fructus arboreos, quum, ſi cocti fuerint, ſua non deſtituantur et utilitate et bonitate. Ad argumenta quod attinet *Linnaei*, obſervandum:

1. *Hominum* extra ſeriem quadrupedum eſſe conſtitutum, eidemque non fructus arboreos ſolum, ſed omnia ex omni regno naturae ſubjecta.

2. *Analogiam* et nullam hominem inter ac fructus arboreos eſſe, quivis facile videt. Nec valet, homines ſolis vegetabilibus, an ſolis fructibus arboreis dubito, bene vixiſſe, ut de Brachmanis et Graecis antiquis annotatum; legimus enim, etiam Aethiopicam gentem ſolis carnibus et lacte vixiſſe, adeo feliciter, ut ob longaevitatem nomen *μακροβίων* nacti fuerint; conf. *Haller* Prael. Vol. I. p. 91. et 92; ut nil dicam de Lapponica gente, adeo ſalutifera, adeo longaeva a *Linnaeo* praedicata in *Flora Lapponica*, p. 269, ex ſolo tamen animali regno vivente.

3. *Homines ſylveſtres*, ſatyros forte ac ſimias fructus comedere arboreos, immo et alia vegetabilia, notum. Nec tamen

tamen ignotum, inter Anthropomorpha animalia reperiri ea, quae Anthropophaga, ut de Chinenſi homine ſylveſtri, *Fefe* vocato, conſtat. Conf. *Kircheri* Chin. illuſtr. p. 193. *Cypriani* Hiſt. Animal. p. 800.

4. *Ventriculum* quotidie paratum deprehendimus ad omnia, quae ingeruntur, retinenda, naturae humanae non inimica.

5. Nihil et digitos humanos effugere poteſt, quod apprehendere ac ori offerre non poſſunt, ſive animale, ſive vegetabile.

6. Os hominis quod attinet, verba afferam, quae ab *Hallero* in Prael. Vol. I. p. 91. ex Philoſoph. Transact. abr. V. P. II. p. 234 deſumta: „Neque recedit natura dentium, qui in homine non ad accominuenda tantum ſemina facti ſunt molares, ſed ad comprehendendas et lacerandas carnes, inciſores et canini; ut adeoque *homo* ſit, ex ipſa creatoris deſtinatione, ex eo genere animalium, quod *omnivorum* a cibo dicitur.„ — Concludimus, omnia argumenta *Linnaeana* non teſtari de convenientia quadam maxima hominis cum fructibus arboreis, ſed indicare hominem eſſe omnivorum, ac ſelectum medicamentorum inde ex natura humana determinandum eſſe.

11. *Non omni cum alimento noxium quid aſſumitur.*

Sunt, qui cum *Linnaeo* exiſtimant, nihil aſſumi poſſe, quod cum noxia quadam materia non ſit combinatum; ex gr. quod una cum farina frumentacea aſſumatur farina lapidea, a lapidibus molaribus attrita; una cum aqua hauriantur particulae terreſtres, et ſic porro. Sed nondum demonſtratum eſt, omne heterogeneum eſſe noxium. Quod vero omni cum alimento aſſumatur aliquid inutile et terreſtre, hoc nemini ignotum, qui unquam alvum ſolvit.

12. *Ingurgitatio aquae frigidae ſudante corpore eſt ſumme periculoſa.*

Verba *Auctoris* nominatae Diſput. de *Febrib. intermittent.* p. 29. §. 26. haec ſunt: „Lappo eo tempore ex curſu et venatu ſudans copioſiſſime, mox aquam ad ſtridorem dentium usque frigidam, inter nives hauſtam bibit. Exhorrui ego, quum primum, ibidem peregrinans, hoc viderem, metuens vel phtiſin vel hydropem; (cur ni Pleuritidem vel ſubitaneam mortem?) ſed aliquot menſium conſuetudine propria didici experientia, metum hunc omnino vanum mihi et illis fuiſſe; aliis tamen ad imitandum non propono.„ Prolixe adducere Medicorum teſtimonia, quae teſtantur de morte et morbis, ab ingurgitatione aquae frigidae ſudante corpore dependentibus, ſupervacaneum arbitror. Liceat tantum indicare, Lapponem ipſum Dr. *Fiellſtröm* in Diſp. de Med. Lappon. §. 7. ſatis demonſtraſſe, metum, ut non aliis, ſic nec Lapponibus eſſe vanum, atque Pleuritidem, a qua toties Phtiſis, penes Lappones aeſtate ſaevientem et frequentiſſimam, deberi conſuetudini, qua membra, a ſudore diffluentia, ſubito aquae immergere frigidiſſimae, vel eandem frigidam ingurgitare ſolent. Nec aliter fieri poſſe, et metum nunquam et nullibi eſſe vanum demonſtrat Theoria Medica.

V.

MATERIAE MEDICAE.

13. *Sal Natron, verum Alkali, nullam omnino habet convenientiam cum ſalibus, quae figura tetraëdrica chryſtallizantur ac in fontibus quibusdam ſoteriis reperiuntur.*

Natron, ſeu Veterum Nitrum eſſe ſal Alkali, non magis incognitum eſſe poteſt, poſtquam ex relationibus eorum, qui Orientales Regiones, Graeciam praecipue, Syriam et Aegytum inviſerunt, ſatis compertum eſt, hodienum in Aegypto Veterum Nitrum confici, ac ab incolis adhuc Nitron vocari, et ſaponis loco, ac ad vitra conficienda ſolemni-

lemniter adhiberi. Sic et Smyrnae hoc ſal reperiri, et ad Lutetiam Pariſiorum advehi, ibidemque loco cinerum clavellatorum ad varios uſus adhiberi, teſtantur Auctor libri: *Voyage de Levante*, L. 2. p. 780; Car. *Cluſius*, *Pomet*, *Valentini*, *Fr. Hoffmann* in Opuſc. Ph. Med. T. 2. p. 277. Huiusmodi naturae et olim Natron ſeu Nitron Veterum fuiſſe, patet ex *Plinii* Hiſt. Nat. L. XXX. C. X, ubi ſaponis loco adhibitum, et, ne ab aëre colliqueſceret, in vaſis ſole exſiccatis et picatis conſervatum, immo olim magis a quercu cremata praeparatum fuiſſe teſtatur; conf. et *Dioscorid.* L. V. C. 78. Sic et ex *Proverb.* XXV. 26. concludere poſſumus, Natron fuiſſe aceto oppoſitum, conſequenter et cum eodem effervеſcentiam concepiſſe. *Lutherus* itaque et interpres *Suecus*, vocem נתר reddiderunt Krito: Såſom åtticka på Krito, eſſet vero: Såſom åtticka på Natron, på Lut. Quare et Jerem. II. 22. Non majori ergo opus habemus teſtimonio ad probandum, *Natron eſſe Sal alkali.*

Quando itaque *Linnaeus* in Syſt. Nat. p. 5. n. 12. Natro attribuit naturam tantum Alkalinam Nitro murali aequalem, ac figuram columnarem Tetraëdricam, omnino diſcedit et aberrat a vera notione ſatis Natri. Hinc et *Hoffmannus* nitrum murale atque ſal Acidulare figurae tetraëdricae, *innominatum* et *Liſterus Sal calcarium* vocare maluerunt, quam Natri nomen inconveniens aliusque naturae ſal indicans, nominatis attribuerent ſalibus. Seductus itaque eſt Claſſis Regiae Pharmacopola Dexterr. *Joh. Salberg*, in Actis Scient. Acad. Stockh. 1740. 2. p. 245 et ſeq. ſal neutrum Umåenſe in Norrlandia repertum, verum eſſe Natron exiſtimans, l. c. p. 248. §. 24. *Totius vero demonſtrationis fundamentum, auctoritati Linnaei innixum, jamjam evertimus.* Quemadmodum et *Salberg* l. c. p. 247. §. 28. ſal *Spadanum*, quod aeque ac plurimarum acidularum ſal in patria noſtra mere Alkalinum eſt, ac Natro conveniens, cum ſale *Ebshamenſi* calcareo ac mediae naturae confundit; ſic et

inſuper ſal neutrum Umaenſe cum ſale Ebshamenſi inconſiderate confundit, quae ſalia tamen maxime diſtincta.

1. Quia ſal Ebshamenſe et Sedlizenſe ſyrup. violarum tingunt colore viridi vel caeruleo, quod non facit Umaenſe, l. c. §. 22.

2. Ab oleo Tartari p. d. ſalis Ebsham. et Sedlizenſis ſolutio coagulatur in ſpiſſum coagulum; Umaenſe vero non turbatur vel mutatur, l. c. §. 16.

3. A ſpiritu ſalis Ammon. ſalis Sedlizenſ. et Ebsham. ſolutio maxime turbatur; Umaenſis ſalis ſolutio non mutatur, l. c. §. 18.

4. Sal Sedl. et Ebsham., crucibulo ignito injectum, dimidiam ſui partem in vaporis aquei forma amittit; ſal Umaenſe nullum vaporem vel fumum emiſit, l. c. §. 13. Ad Calendas itaque graecas ſal catharticum, Ebshamenſi ſali aequale, e fonte Umaenſi obtinebit, quamdiu calcaream denegat huic fonti terram. l. c. §. 24. Et haec eſt cauſſa, quod ab omni ſale praeparari poſſit ſal admirabile *Glauberi*, non vero ab omni ſale confici poſſit ſal *Ebshamenſe*, ut ab Hallenſi ſale exemplum affert *Hoffmann*, in Obſ. Ph. Chem. T. II. p. m. 340. Nec ſatis mirari poſſum, qua ratione §. 33. l. c. potuerit *Salberg* etiam atque etiam urgere aſſiduam inquiſitionem venarum ſalis culinaris in fontis hujus vicinia, quum praeſente ſpiritu acido ſalis communis, nunquam fieri poſſit ſal mirabile Glauberi, eodem vero ſpiritu abſente, fruſtra quaeratur ſal culinare. Fruſtra et illi ſuam collocant operam, qui ſecundum perſuaſionem *Salbergii* l. c. §. 31. heic in vicinia thermas quaerere volunt, ſi non adſit calcarea terrea, vel ſal pure alkalinum, et quamdiu non conſtat, num heic calor ſubterraneus adſit.

14. *Ole-*

14. *Oleum Animale Dippelianum non eſt Spiritus Cornu Cervi Rectificatus, nec eſt graveolens, nec agit ut ſummum Diaphoreticum ſed ut Antiſpaſmodicum.*

Praeparatur *oleum animale Dippel.* ab oleo ſanguinis praecipue Cervini in Retorta vitrea toties diſtillato, usque dum appareant nullae feces relictae. Requiritur ergo ad minimum vigecupla rectificatio, ſi non aliud adhibeatur officium, et quavis vice nova retorta novumque recipiens, ut obtineatur oleum limpidiſſimum, fluidiſſimum, quod et omnem depoſuit empyreumaticum foetorem. Maxime ergo diſtinctum a ſpiritu C. C. rectificato, qui a C. C. ſpiritu ſupra cineres vel calcem, vel raſuram C. C. crudi, ſemel abſtracto et rectificato, paratur, maximo adhuc empyreumatico odore praeditus, ac virtute ſudorifera, ſtimulante, igneae quaſi naturae donatus; conf. *Hoffmann* Med. R. S. T. III. p. 497. Quod vero oleum Dippelianum agat ut antiſpasmodicum, effectus demonſtrat, quo Opio fere aequale deprehenditur, nimirum aut ſomnum producendo, aut delirium inducendo, ut et epilepſiam ac convulſivos motus mitigando. Sunt vero Antiſpasmodica certo reſpectu Diaphoretica, ſpasmos tollendo, ſic et Opiata ſunt diaphoretica. Qua vero ratione *Linnaeus* in Diſp. de *Febr. Interm.* p. 22. §. 79. oleum An. Dipp. vocare potuerit graveolens, ſummum Diaphoreticum, ejusdemque cum ſpiritu C. C. Rectif. virtutis et indolis vel et omnino idem, mihi ignotum.

VI.

THERAPEVTICAE.

15. *In morbis, ubi natura, cauſſas morborum tollendo, ſanat morbos, vana tum eſt et periculoſa ac falſa diſtinctio inter curam Naturae et curam Dogmaticam.*

Vocatur Medicus merito Naturae miniſter, vocatur et merito Natura morborum medicatrix. Aberrat vero interdum

dum Natura, et tum a Medico corrigenda; languet alia occaſione, et tum coadjuvanda; robur vero intendens nimis, mitiganda. Loquimur jam de morbis, quos natura interdum feliciter, cum vel ſine auxilio Medici tollit, et hoc in caſu dicimus, vanam eſſe et falſam diſtinctionem inter curam Naturae et curam Dogmaticam. *Occaſionem nobis hac de re diſſerendi ſubminiſtravit Linnaeus*, in citat. Diſp. *de Febr. Interm.*, ubi inter Curam Naturae, Curam Diaeteticam, Curam Dogmaticam et Curam Empiricam diſtinxit. Quod cura Febrium intermittentium *Linnaei* Dogmatica ſit vere Empirica, Ejus vero Empirica cura ſit Dogmatica, oſtendam in §. §. 16. 17. 18. 19. 20. Curam Dogmaticam absque cura Diaetetica non eſſe dogmaticam, omnibus notum.

Examinemus tantum hoc, cui fundamento innixa ſit diſtinctio inter curam Naturae et Curam Dogmaticam. *Cura Dogmatica* eſt, quae ſecundum indicationes, cauſſas morborum tollit. Quod et *Linnaeus* in hac notione ſumſit Dogmaticam curam, exinde luculenter patet, quod in cura dogmatica, ratiocinatur in omni paragrapho 69 et ſeq. de vi medicamentorum ſecundum indicationes, quas a cura Naturae deſumſit, §. 59. Ergo, *Cura Naturae* ſimiliter ſecundum indicationes, cauſſas morborum tollit; quare et eadem cum cura dogmatica. Identitatem et *Linnaeus* indicat §. 60, dicens: „Has indicationes, has leges natura ſemper et accurate ſequitur, et aureus in Medicina canon eſt. Quo natura vergit, eo ducenda; contra ea nunquam aliquid agendum eſſe„. An ergo Dogmatici eſt Medici, aliquid agere, quod natura non indicat? An ergo differentia inter curam Naturae et curam dogmaticam datur? Certe, quamprimum Medicus ab iis deflectit indicationibus et conatibus, quos natura indicat et molitur ad cauſſae morbi ſalutarem ablationem, ſtatim naturam pervertendo et invertendo eandem debilitat, vel per metaſtaſin, alium morbum pro-

roducit, ſi non mortem. In morbis ergo, ubi natura, cauſſas morborum tollendo, ſanat, periculoſa, vana et falſa eſt diſtinctio inter Curam Naturae et Dogmaticam.

16. *Indicationes, ſecundum quas morbi, et in ſpecie febres intermittentes tolluntur, non indicant ſymptomata, quae a cauſſa morbi dependent, eſſe excitanda et intendenda, ſed primario, cauſſae morbificae ablationem et correctionem, praemiſſis, ſi opus, iis medicamentis, quae cruditates viſcidas primarum viarum ejiciunt; et poſt profligatum morbum virium debilitarum reſtitutionem.*

Indicationes, quas attulit *Linnaeus* in Diſput. citat. §. 59, ſecundum quas exiſtimat naturam morbos ſanare intermittentes, quas et pro cynoſura in curandis febr. interm. adhibuit, ſunt ſequentes: 1. Internum expellens ſeu vaſa intendi debent. 2. Pori cutis calore aperiendi ſunt. 3. Particulae argillaceae liquido diluendae ſunt. 4. Chylus nimius non aggravari debet; h. e. ut §. 61 et ſeq. explicat: Incipit paroxyſmus febrilis frigore et horrore, unde internum expellens ſeu vaſa intenduntur; hinc ergo habenda eſt indicatio prima. Poſt frigus excitatur in paroxyſmo calor, quo pori cutis aperiuntur; hinc ſecunda indicatio §. 62. l. c. Calorem excipit ſudor cum ſiti, quo particulae argillaceae expelluntur et diluuntur, indicatio tertia, §. 63. l. c. Poſt paroxyſmum plerumque adeſt nauſea, ergo chylus non aggravari debet, indicatio quarta, §. 64. l. c. Quum ergo omnes indicationes *Linnaei* indicent totum paroxyſmum febrilem, ut cuivis patet, ac morbi ſymptomata; quum et paulo ante in cit. Diſp. §. 60. innuat, naturam ſecundum has indicationes ſequendam: Ergo, tollere febres intermittentes ſecundum indicationes naturae *Linnaeanas*, et excitare continue integros paroxyſmos febriles, ac ſymptomata intendere, h. e. tollere febres intermitt. eſt augere materiam

febrilem vel analogon ſtimulans ingerere. Sic fallimur, quando ſymptomata eſſe ipſas indicationes imitandas nobis imaginamur. Non nego, a ſymptomatibus Medicos pervenire in cognitionem cauſſae, ac a natura ſymptomatum elici poſſe indicationes; ſed ipſa cauſſae morbi ſymptomata arte eſſe imitanda ac excitanda, hoc eſt inauditum.

Dependet vero error *Linnaei* a duplici alio errore, et quidem 1. quod non diſtinxerit inter motus in febre morboſos a cauſſa morbi excitatos, quales ſunt horror, frigus &c. et inter motus in febre ſalutares, paroxyſmum non vero morbum ſolventes, a vi naturae excitatos, quales propulſio ſanguinis ad exteriora et ſubſequens ſudor. 2. Quod exiſtimaverit, a motibus in paroxyſmo febrili praeſentibus ſemper emendari et ſudore tolli cauſſam morbi. „Decumanus etiam error eſt, inquit *Fr. Hoffmann* Med. Rat. S. T. IV. P. I. p. 78, febrilem materiam demum paroxyſmo finito expelli ſudore. Tantum enim abeſt, ut febrem ſudoribus poſt paroxyſmum, vel intercalari die largis, cum ſalute terminatam viderim facile unquam, ut potius, ipſi hi largi ſudores debilitatem partium et atoniam cutis indicarint, corpus ad novum paroxyſmum diſponentem; conf. et *Boerhaav.* Praxis, T. III. p. 422 et 423., ubi et *Galeni* teſtimonium reperitur. Indicationes vero, quas attuli in propoſitione, veras eſſe, non opus eſt prolixe demonſtrare, quum per ſe pateat, primum ea eſſe removenda, quae aut pabulum morbo, aut impedimentum medicamentis ſpecificis ſubminiſtrant, deinde cauſſam morbi eſſe tollendam ac demum vires eſſe corroborandas.

17. *Cura febrium intermittentium per abſtinentiam et tenuem diaetam eſt maxime periculoſa.*

Collocat in hac cura diaetetica, tam praeſervante quam reſtituente, eximium effectum Disputationis ſaepe nominatae

Auctor

Auctor §. 66 et 67. 71 etc., ubi et plenariam abſtinentiam commendat, ſeque eandem ordinaſſe dicit. Sed, ne dicam, hanc diaetam repugnare indicationibus Auctoris, quibus promotio tranſpirationis primario quaſi injungitur, ab abſtinentia vero non parum imminuitur ſecundum *Sanctorii* Stat. S. III. aph. II. et XI, paucis demonſtrabo, hanc curam eſſe periculoſam. Praeterea enim, quod *Sanctorius* S. III. aph. XVI dicat: „Iejunium, quod reducit corpora ad minus pondus, ſed corporibus inſolitum, malum; *Boerhaavius* in Praxi Med. T. III. p. 444. tam egregie hac de cura diſſerit, ut aliquid addere ſit ſupervacaneum; pauca afferam: „An tenuis Diaeta bona? Hanc Itali commendant, ſed vidi inde peſſimum ſucceſſum. Si abſtinentia imperetur, vires languent et ſic multi aegri pereunt. Affert deinde Celeberr. Auctor exempla, hac cura, demortuorum febricitantium, ac concludens dicit: „Vidi, qui diu quartana laboraſſent et moderate comedebant, ſe melius habuiſſe; vidi a parentibus rigoroſis imperatam eſſe infantibus Diaetam ſtrictiſſimam, unde plurimi perierunt.„ Demum affert et teſtimonium magni Hippocratis. Qualis vero debeat eſſe cibus, Medicus ordinare debet. Id tantum contra *Linnaeum* adhuc obſervamus, nullum cibum, quatenus nutrit, nocere, ſed quatenus aut ad viſciditatem aut ad acrimoniam producendam aptus, quod et *Boerhaav.* l. c. indicat.

18. *Promiſcue data ſudorifera in febribus intermittentibus ſunt periculoſa, ac plerumque plus nocent, quam proſunt.*

Poſt abſtinentiam, ſudoriferis remediis ſummam attribuit Linnaeus virtutem antifebrilem §. 71. cit. Diſput. verba ita ſonant: „Sudorifera indicationibus fere omnibus (§. 59, 1. 2. 3.) ſatisfaciunt et raro fruſtrantur; ſed ſi a cibo aegrotans non abſtinuerit, nihilo minus febricitabit: „Fateor, non debiliorum hominum hanc eſſe curam, qua vires debilitan-

litantur et a morbo et a Medico tam abſtinentiam quam ſudorifera ſimul ordinante. Sudoriferis interdum averti paroxyſmos febriles notum eſt, quatenus principium paroxyſmi eluditur, dum frigori febrili non permittitur acceſſus. Sed et hic curandi modus interdum non ſufficit, nec de hac cura rationaliter inſtituta nobis jam praeciſe ſermo eſt, verum de promiſcuo ac ſolitario ſudoriferorum uſu. Quo circa obſervamus, eadem ſudorifera propinata eſſe ſatis periculoſa, atque non raro excitare aeſtum continuum et febrem fere continuam, quemadmodum obſervavit *Hoffmann*, Med. R. Syſt. T. IV. P. I. p. 45, interdum modus ſpaſticos augere ac morbos exacerbare, *Hoffm.* l. c. p. 46. 80., interdum vere continuas producere febres, *Hoffmann*, l. c. p. 47. Hinc et Medici Sudorifera in febribus intermittentibus diſſuadent, Diaphoretica vero commendant, quae transpirationem promovent, ſimul et antiſpasmodica vel ſpecifica pro indicatione primaria. Quod *balnea* commendet *Linnaeus*, quia diluunt liquida et relaxant ſolida l. c. §. 71. diſſuadeat vero et damnet *potum Theae*, quia emollit seu relaxat ſolida, qui et diluit liquida §. 73. 74. l. c., hoc mihi *contradictorium* videtur, quum et inſuper potus Theae ſit leniter ſudoriferus.

19. *Cura febrium intermittentium per corticem Chinae non eſt empirica ſed dogmatica.*

Quod Cortex Peruvianus ſit in febribus intermittentibus ſpecificum remedium, et quod non a temeraria neceſſitate

rate inventum, ut dicit *Linnaeus*, §. 76. cit. Diſput. ſatis Medici dudum declararunt, ſimul et qua ratione adhibendus cortex nominatus. Satis et inculcarunt, eundem morbis intermittentibus notabile ſemper afferre detrimentum, quamvis a *Linnaeo* §. 77. negetur. Sed quod cortex nominatus etiam indicationi primariae ſatisfaciat, adeoque non empirice ſed dogmatice adhibeatur, quamvis a poſteriori et ſalutari effectu ſatis notum, paucis tamen demonſtrabo.

Indicatio primaria eſt, ut cauſſa morbi corrigatur et eliminetur. Quum vero in aprico non poſitum ſit, qua praecipue via conatur natura expellere materiam febrilem, neceſſe ergo tale adhibeatur remedium, quod indifferenter ſe habet ad quamcunque evacuationem a natura deſtinatam promovendam. Huiusmodi vero virtutis eſt cortex Peruvianus, ſimul alterante, roborante, ac omnes excretiones promovente virtute praeditus; ergo rationaliter in febribus adhibetur intermittentibus. Experientiae enim congruum, quod ex *Comment. Acad. Bonon.* conſtat, corticem Chinae ſemper modo nominato agere, interdum per alvum, interdum per poros cutis, interdum per vias urinarias, interdum per os etc. licet poſt profligatos paroxyſmos, nonniſi integris menſibus interdum praeterlapſis, ſubſequatur evacuatio. Et haec eſt cauſſa, quod poſt uſum corticis hujus interdum recidivent plurimi, ſcilicet non exſpectantes criſin evacuatoriam.

20. *Graveolentia, ſpiritus C. C. rectificatus, ſuccus Cyrenaicus, allium, ſtercora, non ſunt ſpecifica in febribus intermittentibus.*

De his dicit *Linnaeus* citat. Diſput. §. 79. „*quod ſi ulla, ſpecifica ſunt.*„ Sed dolendum, experientiam eorum, qui hujusmodi nauſeoſa non averſati fuerint medicamenta, multoties contrarium demonſtraſſe.

TANTVM.

ORBIS ERVDITI

IVDICIVM

DE

CAROLI LINNAEI

M. D.

SCRIPTIS.

Famam extollere factis, hoc virtutis opus.

Virg.

Ne succumbe malis: Te noverit ultimus Iter
Te Boreas gelidus.

Gronov in Nomen *Linnaei*.

VITA CAROLI LINNAEI.

1707. Maji 13 *natus.*

1727. Academiam *Lundinenſem* adiit.

1730. 1731. Botanicen publice docuit, vices Profeſſ. *Rudbeckii* ſuſtinens in Horto Academico Upſalienſi.

1732. *Lapponiam*, hiſtoriae naturalis cauſſa, peragravit.

1734. *Dalekarliam* occidentalem et orientalem perveſtigavit.

1735. Iter per *Daniam*, Germaniam, Belgium. Iunii 23. Medicinae Doctor creatus eſt *Harderovici.*

1736. Iter in *Angliam* inſtituit.

Octob. 3. Membrum Academiae Imperialis Naturae Curioſorum, illuſtri *Dioſcoridis* ſecundi nomine, proclamabatur.

1737. Praefecturam ſplendidiſſimi Horti *Cliffortiani* in Hollandia geſſit. Munus Medici ordinarii Societatis Indiae Occidentalis, *Linnaeo* a *Boerhaavio* oblatam, patriam reviſendi deſiderio flagrans, renuebat.

1738. *Galliam* inviſit.

Iunii 14. Membrum correſpondens *Academiae Regiae Pariſinae* electus eſt. Octob. 4. Membrum Societatis Reg. Lit. et Scient. dictus eſt.

1739. A Sacr. Reg. Majeſtate, Ordinibusque Regni Sueciae ſtipendio annuo *centum ducatorum aureorum* ditatus, ob navatam apud exteros operam.

Medicus claſſis navalis, quae Holmiae eſt, vocatus.

Inter Fundatores, qui *Academiam Scientiarum* Sueciae, in Regia Sede Holmenſi inſtaurarunt, fuit unus, et ejusdem Academiae *primus Praeſes*.

Opera a Carolo Linnaeo edita.

Syſtema Naturae	—	Lugd. Bat.	1735.	in Fol.
— idem auctius		Stockh.	1740	— 8.
— idem germanice		Halae	1740	— 4.
Fundamenta Botanica	—	Amſtel.	1735	— 8.
— eadem emaculata		Stockh.	1740	— 8.
— eadem emaculata		Lugd. Bat.	1740	— 8.
Bibliotheca Botanica	—	Lugd. Bat.	1737	— 8.
Critica Botanica	—	Lugd. Bat.	1737.	— 8.
Methodus Sexualis	—	Lugd. Bat.	1738	— 8.
Claſſes Plantarum	—	Lugd. Bat.	1738	— 8.
Genera Plantarum	—	Lugd. Bat.	1737	— 8.
Flora Lapponica	—	Amſtel.	1737	— 8.
Viridarium Cliffortianum		Amſt.	1737	— 8.
Hortus Cliffortianus	—	Amſtel.	1737	— Fol.
Muſa Cliffortiana	—	Lugd. Bat.	1736	— 4.
Hypotheſis de febribus intermittentibus	—	Harderov.	1735	— 4.
Oratio de proprietatibus Inſectorum	—	Holm.	1739.	— 8.
Florula Lapponica, Act. Litter. Sueciae	—	Holm.	1735	— 8.

Animalia Regni Sueciae; Act. Lit. Sueciae, 1736

Miſcellanea varia; Act. Scient. Suec. 1739. 1740.

Artedi Ichthyologia. Lugd. Bat. 1738. in 8.

Secun-

Secundum Leges Linnaei ſunt ſequentia.

Royeni Flora Leydenſis Lugd. Bat. 1739 in 8.

Gronovii Flora Virginica Lugd. Bat. 1739, in 8.

Ferber Hortus Agerumenſis Stockh. 1739, in 8.

Gronovii Muſeum Lapideum. Lugd. Bat. 1740, in 8.

Browallii Examen epicriſeos Siegesbeckii, Aboae, 1739, in 4.

Gleditſchii in idem argumentum, (Berol.) 1740, in 4.

De Gorter

Prof. Medic. Harderovicenſ. Promotor Linnaei.

„Ut omnibus conſtaret, me in viro docto, et nunc Medicinae Doctore, *Carolo Linnaeo*, Sueco, ſingularem, non ſolum in omnibus Medicinae partibus, verum etiam in Botanica inveniſſe peritiam et Doctrinam, adeo ut inter praecipuos Medicinae Doctores ſit habendus, meum nomen, cum felicitatis precatione in curandis aegris, apponere non dubitavi.„

Herm. Boerhaave

Profeſſor Medic. Leydenſis.

Litterae ad C. Linnaeum, *1737. Ian. 13.* „Liber (*Genera Plantarum*) ipſe inſpectus ſtupenti oſtendit infinitae diligentiae, conſtantiae ſingularis et ſcientiae incomparabilis opus; neque utilitatem pulcherrimi inſtituti ſatis ipſe depraedicare poſſum. *Secula laudabunt, boni imitabuntur, omnibus proderit. — — Tu huic totus dum ades, ſcribis, quae aetatem et Ariſtarchum ferant.*„

R o y e n

Profeſſor Botanic. Leydenſis.

In Praefatione ad Floram Leydenſem, pag. 16. „Quintum Syſtema a Sexu plantarum, ſtaminibus ſcilicet et

piſtillis, condidit *Carolus Linnaeus*, *omnium ſeculi ſui Botanicorum Princeps.* Hic enim, non omnibus impar, univerſam Botanices doctrinam reformavit, omnesque ejus partes illuſtrando ita caſtigavit et a foediſſimis, quas contraxerat, ſordibus, amicorum impulſu repurgavit, ut nec purior nec pulchrior unquam exſtiterit; immo

Si quid habent veri vatis praeſagia, Florae
Structa ſupra lapidem non ruet haecce domus:

Pag. 21.

„Alter a Tournefortio, qui in Generibus aliquid praeſtitit, fuit *Linnaeus:* hic ſerior accedens, ſed doctior.„

Pag. 30.

„Nomina ex arte confecta, in tota re herbaria vix ulla reperi, praeterquam in *Flora Lapponica* et *Horto Cliffortiano* Celeberrimi *Caroli Linnaei*, qui primus hanc methodum in Speciebus tentavit et ſucceſſorem habuit Clar. J. F. Gronovium, qui prudenter ubique in Flora Virginica ejus veſtigia preſſit.

Burmannus
Profeſſ. Botan. Amſtelodamenſis.

In praefatione ad Theſaurum Zeylanicum, p. 4. „Doctiſſimus ille Suecus, *Carolus Linnaeus*, operibus ſuis variis botanicis nuper editis, clarum nomen adeptus.„

Pag. 9.

„*Caroli Linnaei Characteres* plantarum generici; qui liber aureus ſane Botanicis habendus, ut qui nova et facili methodo naturales plantarum characteres accuratiſſime definit.„

Gronovius
Med. Doctor et Botanicus — Leydenſis.

In praefatione ad Flor. Virginicam, pag. 3. „Nullus igitur dubitavi, ſpecimina plantarum cum perſpicaciſſimo

mo *Linnaeo* examinare; utinam reliqua etiam cum doctiſſimo Viro ad examen revocare mihi licuiſſet! — — Singulis plantis adjeci nomina Specifica, quae exſtant in *Horto Cliffortiano* et *Flora Lapponica;* methodum componendi nomina Specifica a Linnaeo praeſcriptam, ſecutus.„

Royenus
Profeſſor Botanices Leydenſis.
In litteris ad *Ant. de Juſſieu*, Prof. Pariſ. 1738. Maji 7.

„En *Carolum Linnaeum*, Scientiae Botanicae (ſi quem noverim) facile Principem, qui ni ſcriptis innotuerit, experimentis innoteſcat. Hic in plerisque Hiſtoriae Naturalis partibus verſatiſſimus hasce Tibi tradet litteras. Hunc vere doctum, eruditum et humaniſſimum Tibi Tuaeque curae commendo.„

Sloane
Praeſes Academ. Scientiar. Reg. Londinenſis.
Litterae ad C. Linnaeum, 1737. *Dec.* 20.

„*Flora Lapponica* ſpeciatim mihi tantopere arridet, ut maxime cupiam, caeteras illius regionis partes Hiſtoriae Naturalis intueri, Tua exaratas manu, publicaeque luci datas.„

Dillenius
Profeſſor Botanices Oxonienſis.
Litterae ad Car. Linnaeum, 1737. Aug. 18.

„Vidi, acceepi et legi *Floram* Tuam (*Lapponicam*) multa cum voluptate; utinam plures iſtius modi nobis proſtarent, tali ſtudio et cura elaboratae. In hac Te Virum praeſtitiſti.„

Lawſon
Medicus Londinenſis
Litterae ad Linnaeum, 1739. Maji 23.

„D. *Andrew* fuit nuper Londini; colit adhuc Tuam methodum Sexualem, eamque propagavit inter amicos praeterita hyeme in cornubia.„

Donell Iacob
Med. Caſhell. Hibernic.

Litterae ad Linnaeum, 1739. *Aug.* 17.

„Licet multum diuque Te quaeſiveram per maximam Germaniae partem, nullibi tamen inveſtigare poteram, ubi terrarum moraris, licet nemini doctorum virorum, cum quibus mihi colloqui fas erat, ſis ignotus.„

Sauvages de la Croix
Profeſſor Medic. et Botanic. Monſpelienſis.

Litterae ad Linnaeum, celeberrimum Hiſtoriae Naturalis Reſtauratorem, 1737. *Sept.* 10.

„Et Tibi et mihi, orbique litterato gratulor, et medullitus delector, quod tot tantosque labores in Te ſumere volueris. Stupeo tamen, et vix intelligo, Te, adoleſcentem adhuc tot tamque varia opera edidiſſe, quorum unicum, quantum ex pittaciis litteris Tuis et Tua fama judico, aeternum Tibi nomen comparare poteſt.„

1739. Dec. 1. „Doleo ſemper magis ac magis, Te, promovendis omnibus ſcientiis natum et aptiſſimum, in noſtris regionibus deſiderari; citiſſime Fama Tua per remotiſſimas regiones noſtras volatura eſt, quod aliquantulum, quem ex abſentia Tua dolorem ſentio, ſublevavit.„

1740. Mart. 5. „Pluries de Te hic colloqui contigit cum *Magnolio*, meo collega, qui Te multum veneratur; tam cum D. *Le Monier*, Pariſienſi, qui juſſu regis hic plantas lecturus, cum aſtronomis venerat, et qui Te *Virum adorandum* nuncupat. Tibi gratulor, quod D. *Juſſieu* Horti Regii Pariſienſis *plantas in Tuum ordinem nuper redegerit*, qui tamen ordinem Tournefortii ſemper aſſumſerat: illum inde pluris facio, quod veritati obſequatur. Facinus certe egregium mihi illud videtur; — Ille ſenex, Tu juvenis, ambo Botanici. Ah! quantum diſtant a Medicis lividis, invidis, Botanici candidi!„

1740.

1740. Aug. 12. „Iam Tuum nomen per ora doctorum noſtratium frequens volitat; undique Tua expetuntur & advocantur ſcripta; ea, quicunque poſſidet, celat et ſibi ſervat ſedulo; nemini copiam facit tanti Theſauri; cito Bibliopolae noſtri plura accerſunt exemplaria.

Si, quantam voluptatem in his (Syſtema Naturae, Genera Plantarum, Flora Lapponica etc.) vorandis percepi, vellem verbis efferre, non una ſufficeret epiſtola. Tua ſunt multo laudibus et elogiis meis ſuperiora merita, nec ornate loquendi facultate praeditus ſum, ut id exequar; admirabundus itaque ſileo; ſtupent et omnes collegae, cum, quae aetate Tua praeſtiteris, accipiunt, nec ab ullo hominum tot opera tam ſcite digeri poſſe unquam auditum erat.

Accepi pariter, Hortum Leydenſem Hermannianum Tuis legibus paruiſſe. Candide dixerim, Tu in naturali ſcientia verus es *Carolus XII.* ut ipſe Rex in militia, eo diſcrimine, quod totum orbem Botanicum Tibi in aeternum ſubjicis.„

Ant. Iuſsieu
Profeſſor Reg. Pariſienſis.

Litterae ad C. Linnaeum 1736. *Iul.* 5.

„Gratiſſimo animo, Vir Illuſtriſſime, Tuum de *Muſa* opuſculum accepi avidiusque perlegi, mihique maxime arriſit.„

Barrere
Prof. Medic. Perpianenſis et Botan. Reg.

Litterae ad Cl. Virum, Carol. Linnaeum, Botanicorum hujus ſeculi Principem.

„Ad noſtras quoque terrarum oras pervenit, quae quidem per litteratum orbem late volat nominis Tuis celebrata fama; novos inquiunt at perutiles conatus botanicos publici juris feciſti; deſiderabantur quippe multa in re herbaria;

tantae molis erat, methodum condere novam; ſed quae aliis denegata fuit gloria, Tuae ſagacitati reſervabatur.

Albert. Haller
Profeſſor Medicinae Goettingenſis.

In Litteris ad Linnaeum eum vocat:

1737. April 14. Botanicum eximium.

1737. Iul. 3. Botanicum verum.

1737. Oct. 13. Botanicum primarium.

1738. Febr. 11. Maximum Botanicum.

1737. Sept. 12. Botanicum Summum.

1738. Ian. 9. Accuratiſſimum Botanicorum.

1738. April 7. „*Siegesbeckium quid Tu curaveris? An defuerunt unquam aut deerunt obtrectatores omnibus illis, qui novum aliquod et maſculum moliuntur? An deſunt Tibi, qui juſtiores ſunt in Tua merita? An omnibus ipſis etiam Siegesbeckiis Te placiturum unquam ſperaſti?* Tu vero perge audacter, et ſtudia, in quibus verae gloriae plurimum meruiſti, perge ornare.„

1738. Nov. 24. Tu, a quo Flora ſperat plura, quam ab omni alio Botanico, utere quaeſo felicibus fatis, et aliquando ad mitiora climata redi. *Si unquam me patria repetit — et ſpero repetituram, — Te quidem, ſi tunc placuerit conditio, deſtinavi Horti haeredem, et qualiscunque honoris, et eam in ſententiam coram eis loquutus ſum, in quorum manibus ſunt omnia.*

1739. Ian. 19. *De Horto eadem mihi ſententia eſt; ego quidem paucis annis hic (Goettingae) verſabor, neque unquam tradere potero digniori.*

Idem in Actis Germ. Erudit. pag. 288.

Wir machen uns eine Freude, gleich im Anfange zu ſagen, daſs noch kein Buch in dieſer Wiſſenſchaft geſchrieben

ben ſey, welches man Linnaei *Genera Plantarum* einiger maaſsen vergleichen können. Es iſt der ganze Riſs davon unentlehnt, unverſucht und neu, die Ausarbeitung aus einer ſcharfen Unterſuchung von 8000 Pflanzen genommen. — — *Aber, was Linnaeus gethan, hat niemand verſucht, nicht gedacht.*

Gesnerus
Profeſſor Medic. Baſileenſis.
Litterae ad *Gronovium*, Medicum & Botanicum Excellentiſſimum.

„Petii, ut exemplar *Horti Cliffortiani* pro me coëmeres; hoc vero carere nunc potero, quum Amſtelodamo exemplar acceperim, ſed pretio pro mole libri ingenti 25 Florenorum, non vero pro opere, quod abſolutiſſima rationem herbariam tractat, et quo nemo Botanicorum facile carebit; perplacent ſane Ejus opera omnibus, qui vera et certa ratione aliquid in hoc genere praeſtare conantur. Video etiam, eius Methodum ubique fere laudari. Lipſienſis Syſtema Naturae Cl. hujus Authoris recuderunt, addita verſione Germanica. Ego nil parco, ut ejus opera et methodum Helvetis commendem.„

Ioh. Gravelius
Prof. Phyſ. Argentor. ad G. Scherzium.

„Vides *Linnaeum*, cujus ſcripta hodie miratur, et ſequitur litteratus orbis.„

I. Gottl. Gleditſch
Profeſſor Botaniees Berolinenſis.
Litterae ad ſummum Botanicum, Carolum Linnaeum, 1740, April 20.

„Praecepta *Linnaeana* nodus gordius exiſtunt omnium illorum fateor, qui, ut labores evitent, capitula ſua ſomnolenta diſtinctis notionibus et demonſtrationibus fatigare dubitant.„

Breynius

Medic. Gedanenſis; Acad. Imper. & Londin. Socius. 1739.

In Praefatione ad prodromos plantarum, p. 3.

„Carolus *Linnaeus* lumen oriens et ingens certe Botanicum noſtri temporis. Sic in Linnaeo reviviſcet Boerhaavius.„

Langius

Profeſſ. Matheſ. Ordin. Hallenſis.

In Praefatione ad Syſtema Naturae, p. 4.

„Noveram jam ante ingenioſiſſimi *Linnaei* in rem herbariam merita, ſemperque judicaveram, hunc virum ad ulteriorem culturam a Natura factum eſſe. Cum autem nunc viderem, (ex Syſtemate Naturae) Linnaeum noſtrum in Syſtemate Regni Lapidei et Animalis, non minus felicem fuiſſe, quam in regno vegetabili, hoc edere decrevi etc.„

Fried. Otto Menckenius. I. V. D.

Reg. Poloniae a Conſiliis Aulae.

Litterae ad Linnaeum, 1736. Maji 5.

„Venio in ſocietatem plauſus illius publici, quem Tibi, Eruditiſſime Vir, pro egregiis tot laboribus in rei naturalis et Botanicae incrementum ſuſceptis, non Cives tantum Tui, feliciſſimi ingeniorum aeſtimatores, ſed ipſi exteri, et in his Lipſienſes inprimis mei, conjunctis ſtudiis decernunt. Bene ſit arti nobiliſſimae, cui Tu praeſidium jam praebes, cui ſplendorem decusque tribuis, quae nitidiſſime efloreſcere per Te jam incipit, et ex nomine Tuo auſpicatiſſimum futuri honoris ſui omen capit.

Kohl

Profeſſ. olim Petropolitanus, nunc Hamburg.

In (den) *Hamburgiſchen Berichten von geleheten Sachen*; No. LXXI. Septemb. 1740.

„Der

„Der in dieſer *wiſſenſcaaft* (Wiſſenſchaft) ganz vortreflich erfahrne Hr. D. *Linnaeus*, welchen man mit allem Recht, Statorem et Reſtauratorem ſtudii Botanici, wenigſtens in Schweden nennen kann. — —

Acta Eruditorum.
MDCCXXXVIII. pag. 459.

„Certum eſt, omniumque ſuffragio comprobatum, in ſubtilium floris vel fructus rudimentorum enumeratione acutiorem *Linnaeo* exſtitiſſe neminem.„

Acta Eruditorum, Anni 1739. p. 256.
De Horto Cliffortiano.

„Magnifice ſatis de ampliſſimo opere, et variae eruditionis pleno, ſentire non poſſumus, dubiumque ſupereſt, an praeſtantiſſimi Collectoris generoſum, quo erga ſcientias fertur, animum, et praetorios, quos condendae Horti ſui memoriae liberaliter admodum impendit, ſumtus, an Cel. Auctoris, temporum noſtrorum *Dioſcoridis*, ſingularem induſtriam miramque ingenii felicitatem, collaudare debeamus. Eadem, quae *Linnaeum* in Praefatione a laudibus detinuit, et nos detinet, Cliffortii Modeſtia, *nec Linnaeum alius, quam Linnaeus collaudet.* Ea eſt viri fama, quae commendatore non indigeat; loquuntur pro ea ſcripta, et ingenioſe excogitata Methodus, quae florum fructuumque minutiſſima quaeque, ante haec tempora incognita, nullique perſpecta, in lucem protraxit. Is eſt, quem *Gallia* colit, poſtquam eundem in Societatem Regiam Correſpondentis Membri nomine cooptavit, quem *Belgium* invitum dimiſit, quem *Suecia* reducem gaudens amplectitur. Praeſens opus, laborum omnium Linnaeaneorum, qui ſparſim prodierant, ſylloge Regni Vegetabilis Hiſtoriam miris modis illuſtrat.

Syſtema Naturae, ibid. p. 70.

„Animalium ampliſſimas confecit tabulas, ſingulae eorundem familiae diſtinctum characterem adjudicans. Homini,

mini, quem quadrupedibus, corpore hirſuto, faemella v
vipara et lactifera, dentibus primoribus quatuor, accenſe
ſocios dat ſimias, a quibus Tardigradus ita dictus, ſolo d
gitorum numero, — nam duo vel tres in utroque pede ip
ſunt, utrinque diverſi. Ex feris dentes primores ſex ob
nent, ex quibus urſus anthropomorpho generi vicinior hab
tus fuit, cum talo inſiſtat, pollice extus poſito; reliqu
ſingulari ſigno a mammarum numero, digitorum conditi
ne, unguium habitu, caudae dimenſione, deſignantur et
— Dignus, *cui Hecatombe mactetur.*

Vide plura de Linnaeo:

Hamburgiſche Berichte von *gelearten ſacken* (gelehr-
ten ſachen.)

1732. No. 4. pag. 45. de Horto Upſalienſi.
— 12. — 94. 95. Fundamenta Botanica.
— 22. — 177. 178. De avibus et inſectis Suecia
— 47. — 398. 399. Iter Lapponicum.
1733. — 64. — 523 - 525. Obſervationes Lapponic
1734. — 59. — — — Canones Rei Herbariae.
1735. — 47. — 386. Varia.
— 75. — 617. De Febribus.
— 71. — 586. Iter Dalekarlicum.

Respublica Eruditorum.

1735. Novemb. p. 556.
1737. Auguſt. p. 73. 87.

Commercia Litteraria Noribergica.

1733. Hebdom. 5. No. II. pag. 34.
— 10. — II. — 73.
— 10. — III. — 73. 74.

Tidender an Larde og curieuxe.

1734. Octob. 14. No. 41.

D. D. –

QVID

LINNAEO PATRI,

DEBEAT MEDICINA,

DISSERTATIONE ACADEMICA BREVITER ADVMBRATVM,

QVAM

VENIA ORDINIS EXPERIENTISSIMI MEDICI VPSAL.

PVBLICAE PROPONIT VENTILATIONI

SVENO ANDREAS HEDIN,

ASSESSOR REG. COLLEG. MEDICI HOLMENSIS ET AD AVLAM REG. MEDIC. PRIM. REG. SOCIETATIS MEDICAE HAFNIENSIS MEMBRVM:

RESPONDENTE

CHRISTOPHORO CARLANDER

VESTROGOTHO, STIPEND. VICTOR.

IN ACADEMIAE GVSTAV. AVDIT. MAI. DIE XIV. APRIL. MDCCLXXXIV. H. A. M. S.

UPSALIAE,

TYPIS IOH. EDMAN, DIRECT. ET REG. ACAD. TYPOGR.

Plura quidem fecit, quam quae comprendere dictis
In promtu mihi sit; rerum tamen ordine ducar.

Ovidius.

§. I.

Medicus, scientiae suae amans, in id quam maxime intentus est, ut exquisitam illorum omnium habeat cognitionem, quae non veteres solum tradiderunt artis machaoniae scriptores, sed et quae recentiores memoriae prodiderunt. In hunc autem finem eorum scripta sedulo evolvens, animo facile illam comprehendet veritatem: *non qui multa, sed qui utilia scit, illum sapere*: saepissime enim et oleum et operam perdit, qui titulis librorum fidit. Haud tamen est infitiandum, quin ars salutaris ab *Hippocrate* tradita et ab *altero* Hippocrate, Magno *Sydenhamio*, exculta, inde a *Boerhaavii* temporibus in scientiae formam feliciter redacta, jam ad illud sit evecta fastigium, ut nostro, quo vivitur, tempore, ceteris quibuscunque scientiis nullo modo postponenda sit; atque id quidem operae Virorum prorsus secularium est adscribendum, quorum sollertia et praecellens omnino ingenii vis, omnia rumpens obstacula, posteros collustrando faecm ubique praetulit, eoque nomine non de arte minus, quam de singulis Aesculapii filiis bene merentissimos sese reddiderunt, quippe qui opus exegerunt

— — *quod nec Iovis ira, nec ignes;*
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Verum nec defuerunt, nec olim defuturi sunt, qui insatiabili scriptitandi cupiditate ineensi, plus spargunt infelicis lolii, quam segetum, quae frugibus gaudebunt. Et certe enim scio, qui rigidam ejusmodi scriptorum censuram susciperet, juvenibus medicis non solum utilissimum fore, sed & ipsorum pecuniae et tempori largiter parsurum.

§. II.

§. II.

Dissertationem itaque jussu superiorum edituro, luben fateor, hanc in primis arrisisse materiam, si ferre valui sent humeri, atque arctis speciminis academici cancell circumscribi potuisset. Vidi autem immensum valde spa tium, quod decurrere non fui ausus, quippe qui negoti ex duplici officio perfungendo distractus, temporis mei no potens fui. Atqui dolor ille acerbus, quem auribus et occ lis percipiunt omnes boni, tam intra quam extra patriam ex obitu *utriusque Linnaei*, Patris & Filii, in historia na turali & scientia. Botanices *Principum*, quorum memo riam gratissimam servabunt seri posteri, in mentem mihi re vocat *Linnaei Patris* maxima in scientiam, quam colo, me rita. Quae quidem dum penicillo parum culto adumbrare mihi constituo, non dubito, fore plerosque, qui judicen hoc opus leve et non satis dignum tanti nominis *Viro*, cu jus etiam piis manibus alii dudum merentissimi *) justa per solverunt parentalia. Ast tantorum facinorum quis modus Mea me itaque jubet in Praeceptorum pietas, ut quae in *Mee dicii*

*) Dom. *Bäck*, Eques de Stella polar. Archiater Reg. et Colleg Reg. Holmiens. praeses, primus fernone funebri meritorum *Linnaei* fuit praeco dignissimus (Åminnelse-Tal öfver C. von Linné &c. Stockh. 1779. 8.) quem postea secuti sunt Le Mar quis *de Condorcet* (V. ejus Elogium Linnaei in Histoire de l Academie Roy. des Sciences, année 1778; à Paris 1781. 4.) et *Vicq' d' Azyr*, Societat. Reg. Med. Parisiensis a secretis perpetuus; quorum hoc ille est, qui, quamvis elegantissime vitam et facinora Linnaei depinxerit, *censorem* tamen agere sat incongrue sibi permisit, in quem redarguendum omnes, quot quot fuerint, *Linnaei* discipuli, occasione data, merito ani mum intendunt; unde etiam opera celebr. Assess. *Blom* Pro vinciae Dalekarliae Medici dexterrimi, dudum in eo fuit ver sata, ut quae contra *Systema Naturae Linnaei* protulerat Dom. *Vicq' d' Azyr*, inprimis refutaret. Vide *Samling af Rön och Uptäkter* &c. Gothob. 1781.

dicinae emolumentum contulit *Vir*, ſupra omnes meas laudes celebratiſſimus, ſpecialius enumerem. Cui propoſito adhuc accedit ratio quaedam majoris incitamenti; ſcilicet non defuerunt *Linnaei* nominis invidi *), qui dum ipſi juſtam laudem *Summi Botanici* demere non potuerunt, ut ſaltem de fama *Medici theoretici* omnem detraherent exiſtimationem, adniſi ſunt. Hinc, ut vindicentur et nomen et fama *Linnaei*, eo, quo potuerim modo, in opera illius medica inquiram, ut juniores ſaltem Medicos ad ipſius ſcripta perſcrutanda adducam.

§. III.

Morborum recta cognitio, quae accuratiori perficitur deſcriptione, inter primaria requiſita habetur, quae Medicum conſtituunt, quam proxime ſequitur *medicamentorum* et *Diaetae exactiſſima ſcientia*, quibus, cognito morbo, vis illius ſcite eſt impugnanda et tuto debellanda. *Hocce triplici officio Medici egregie adeo perfunctus eſt Linnaeus, ut in his omnibus auctor et praeceptor Diſcipulis ſuis fuerit conſummatiſſimus.* Munus Profeſſoris ad Regiam hanc Academiam adeuntem non fugiebat, in quanta inopia et Docentes et Diſcentes verſarentur eo, quod nullum adhuc conditum eſſet *Syſtema Morborum*, ad cuius normam in dignoſcendis morbis

*) Fateor, me hic invitiſſimum adponere nomen Dom. *Vicq' d' Azyr;* ſed notam injuſti valde Cenſoris incurrit, ubi in Oratione funebri citata his de *Linnaeo Medico* utitur verbis: „*Il etoit moins permis à Mr. Linnaeus, qu'à tout autre d'ecrire ſur les objets, qui lui etoient etrangers; parce qu'il portoit cet eſprit de détail et de ſtile aphoriſtique et figuré, que l'on a regardé comme des defauts, même dans les ouvrages, qui ont etabli ſa reputation.*„ — Quam iniquum autem judicium hoc ſit, in ſequentibus diluci-dare conabimur, dum turpe erit Auctori, ſi culpa ipſum re-darguit.

morbis nec ipſi duci, nec alios ducere poſſent, unde etiam inter primaria Medicinae obſtacula defectus cognitionis pathologicae ſemper fuit habitus; morborum enim *Genera* male diſpoſita et peius adhuc in *Species* diſtributa, maximam omni tempore et in tradenda et exercenda Medicina attulerunt confuſionem.

Ut autem inprimis *ſpecies* morborum ea, qua unquam fieri poſſet, perſpicuitate traderentur, eo validius urgebat, quo certius ſibi perſpectum habuit, *medicamentum curare ſpeciem, raro genus morbi;* unde quoque futurum putavit, ut ſpecierum morborum adaequata determinatione facta, facile determinarentur totidem ſpecifica remedia. Cuius ſententiae veritatem plurima omnino comprobare videntur exempla: ſic enim *Polygala ſenega contra morſus ſerpentum, Viola tricolor in cruſta lactea, Collinſonia in colica puerperarum, ſemina Sabadillae ad pediculos necandos* ſeſe commendarunt virtute ſingulari, quorum tamen omnium, ut quam maxime illuſtrans, *Ipecacuanham* afferre liceat, quae ſicut nobis detexit Medicus, *) noſtratium acutiſſimi ingenii, refractiſſima ſubminiſtrata doſi, ſpecificum ſe adeo praebet remedium in *Haemorrhagia uteri*, ut nunquam Magiſtrum fefellerit, cuius vim, **) ſi quis in plurimis aliis haemorrhagiae ſpeciebus tentaret, eundem exſpectans effectum, ſpe fruſtratam ſe omni modo videret.

Ad *Linnaei* uſque tempora, qui primus *ſyſtema* quoddam *morborum* condiderat, fuit vir de re medica meritiſſimus,

*) Celebr. Dom. *Dahlberg*, Conſiliarius Reg. Colleg. Metall., ante haec Medicus Regius primarius.

**) Obſervavit Dom. Profeſſor *Bergius* pag. 103. *Materiae* ſuae *Medicae*, *Ipecacuanham* in plurimis *haemorrhagiae* ſpeciebus incaſſum fere tentatam, in unica haemorrhagia uteri votis non reſpondiſſe. Cui ſententiae accedunt plures obſervatores.

mus, Dominus *Le Boiſſier de Sauvages*, cujus opera ut in re ardua, tanto fuit medicis acceptior, quo verius eſt, praeeunti maxima ſemper ſeſe offerre obſtacula. Verum quamvis Sauvageſio fuerit reſervatum ante alios hunc vaſtiſſimum decurrere campum, eoque ipſo, edita *Pathologia methodica*, morborum cognitionem medicis reddere faciliorem; recte tamen aſſerimus, *Linnaeum, cui in ſyſtematibus conſtruendis ingenium tribuit natura prorſus ſingulare*, cognito vix *Sauvageſii* opere, in eo dudum fuiſſe occupatum, ut inopiam in hoc ſcientiae genere ſublevaret. Itaque, quam primum Profeſſor Medicinae conſtitutus erat, id ſui muneris judicavit, ut pathologicas ſuas praelectiones ad certum Syſtema Diſcipulis ſuis inſtitueret, quod tandem anno 1759 forma Diſſertationis cum orbe erudito communicavit, idque jure *alterum* Syſtema Morborum, *Vogelii* tertium, ex ſententia illuſtris Edinburgenſium Profeſſoris *Cullen*, habetur, adeo ut *Sauvageſio ſummo* aemulus omnino fuerit *Linnaeus*.

Aſt ſi aemulatio tantae laudis inter hos maximi nominis viros noſtram meretur attentionem, nec illorum amicitia id minus mereri videtur, quae tanta omni tempore fuit, ut dum viveret celebris Monſpelienſium Profeſſor, *Linnaeo* ſemper in paucis dilectus fuerit. Neque *Sauvageſium* puduit in nova *Pathologiae Methodicae*, quam poſtea imprimendam curavit, editione, non ſolum *Linnaeum* in citationibus ſuis adducere, ſed et totas adoptare deſcriptiones, et genera *Ipſius* nova *ſua* facere. Qui poſtea etiam in ſyſtematibus condendis deſudarunt viri egregii, *Vogel*, *Cullen*, *Selle*, *Sagar*, *Haartman*, *Daniel*, *) hos primarios *Patho-*

 logiae

*) Dom. *Vicq' d' Azyr* heic iterum minus amice in *Linnaeum* invehitur, de *Generibus Morborum* ſtatuens: „*Qu'ils ſont un tableau noſologique, dans lequel l'auteur a employé, avec une ſorte de profuſion, des expreſſions inuſitées et barbares pour indiquer et claſſer les differentes meladies et même les incommodités les plus legè-*

res

logiae ſtatores omni proſequuntur honore, teſtantes, ſe vel nunquam talibus operibus pares fuiſſe, niſi hos praeeuntes habuiſſent. De *Generibus* itaque *Morborum* Linnaei judicium laturi, ſtatuere non veremur, illa Compendium (nam pro tali opus ſuum ſemper haberi voluit) nobis ſiſtere, omne

res, de ſorte, qu'en le liſant, il ſemble, que le nombre des maux, dont l'eſpece humaine eſt affligée, ſoit au moins augmente de moitie.„ Quamvis haec aſſertio vix refutatione egeat, comparationem tamen inter *Linnaeum* et Sauvageſium inſtituere placet, ut quinam horum ſcriptorum vocabulis plus barbaris fuerit uſus, conſtet. Habet enim Hic *Eſſeram*, *frambaeſiam*, *Phyſconiam*, *Beriberii ſubeth*, *exaniam;* quae nomina morborum nec *linguae* nec *auctoritatis* certae, ſunt teſtimonio, ne *Sauvageſio* imputemus, quod is ille omnino ſit, qui plurimis factis ſubdiviſionibus numerum malorum auxit; *Ille* contra duo admodum nova attulit genera, quae veterum auctoritate deſtituuntur, *Raphaniam* loquor et *Cocytam;* de illa, ut de morbo prorſus ſingulari Diſſertatione egit ſub *Linnaei* praeſidio Dom. Aſſeſſor *Rothmann*, ubi nihil invenitur barbari, ſed quae dicta fuerint, politiſſimi certe ingenii foetus ſunt. De hac autem Dom. *Vicq' d' Azyr* ipſe confeſſus eſt, quod ſit morbus saeviſſimus, habitantes Sueciae borealis et paluſtris partem infeſtans, unde etiam nomen genericum ipſi tribuens auctor, illud a fluvio infernali *Cocyto* deſumere voluit, ut et vermem, hunc morbum cauſſantem, *Furiam Infernalem* vocavit. Ad numerum multiplicatum quod attinet, ulterius aemulatorem eius Sauvageſium conſulamus, qui in *Pathologia* ſua *Methodica* tradit 10 Claſſes, 44 Ordines et 314 Genera; *Linnaeus* autem 11 Claſſes ſtatuit, 37 Ordines et 325 Genera, unde compenſatis compenſandis calculus evidens eſt. Cui praeterea in ſcripta pathologica Domini *Vogelii* inquirere contigit, ſciat certe, quod illi *Hippos*, *Illoſis*, *Syncleſis*, *Cataclaſis*, *Ciloſis*, *Hipophaſis*, totidem ſint genera; ne ipſum Dom. *Danielem* adducam, *Pathologiae ſcriptorem facile exactiſſimum*, qui, ſi quis unquam, cum profuſione loquitur.

ne ferens punctum, quippe quod *perſpicuitate definitionum, rerum definitarum juſta diviſione et optime diviſarum deſcriptione et brevitate nullo non tempore commendabile.* Huic praeterea ſi addatur Oratio inauguralis ab Ipſo habita, cui titulus: *Hypotheſis nova de febribus intermittentibus*, ut ut et quae ſub Illius praeſidio poſtea prodierunt diſſertationes plurimae: Morbi claſſici; de variis ex hyeme morbis; morſura ſerpentum; Geneſis calculi; Febris Upſalienſis; Haemorrhagia ex *Plethora; de varia febrium intermittentium cura; de Scorbuto; Perſpiratio inſenſibilis*, ceterae, conſtat omnino, *Linnaeum* illam tradidiſſe diſcipulis ſuis doctrinam, qua tandem ſibi ipſis et ſcientiae quam maxime utiles forent.

§. IV.

Clavis Medicinae, libellus, quem merito compendium totius ſcientiae medicae appellamus, prodiit Holmiae 1766. Quisquis fuerit emunctioris naris Medicus, qui, omni praejudicata opinione abjecta, judicium de hocce libello ferre ſuſtinet, ſine dubio lubens concedet, ingenium *Linnaei* acutiſſimum tanto conatui unice parfuiſſe; illa enim heic acies ingenii elucet, ut fidem omnino ſuperet, Medicinam, quam artem ſemper conjecturalem futuram ſtatuunt ignorantes oſores, ſub eius manibus ſpeciem Phyſicae experimentalis induiſſe, principiiſque et adſertis aeque exploratis ſuperſtructam. Diffitendum tamen non eſt, opus hocce, licet omni et admiratione et attentione noſtra digniſſimum, ſummis quibusdam Medicis aliquo jure videri et difficile omnino comprehenſu et praxi forſitan minus adaptatum. Verum in rebus tantae indaginis raro ſibi ſufficit ingenium mediocre, niſi filum hoc Ariadnaeum per obſcuros ſcientiae maeandros ab Ipſo Auctore illuſtriſſimo ſequi diſceret; hinc eſt, quod, qui Cenſores agere voluerunt, notam ignorantiae ſuae prodiderint, quum, quae propoſita fuerint, ſe

vix intellexiſſe fateri coacti ſint; quod ipſi contigit Domino *Vicq' d' Azyr*, *Corticale vitale* (*Clavis Medic.* pag. 5.) per cutem reddenti. Cui quam abſona ſit idea *vitalis corticalis*, nullum vel leviter in re medica verſatum fugere poteſt; unde nec mirum, ſi de utilitate hujus operis aeque abſona ſit concluſio.

§. V.

Materia Medica et Diaeta ſunt ſine dubio potiora Therapiae cenſenda ſubſidia, quorum auxilio deſtitutus Medicus, inermis prorſus eſſet, ſi vel optima gauderet cognitione eorum, quae *Anatomia* tradit de corporis ſtructura, *Phyſiologia* de functionibus, et *Pathologia* de vera morborum diagnoſi. Ad Linnaeum usque nullum fere invenimus ſcriptorem, qui, ea qua decet methodo, haec neceſſaria medicinae fulcra tractaverat, ut ſcientiae formam prae ſe ferrent. Illuſtriſſimus *Boerhaave* primus quidem fuit, qui praeter alia neceſſaria in arte emendanda, ad Diaetae neglectam illuſtrationem animum intendebat. Illum itaque preſſo pede ſequuturus *Linnaeus*, quod olim aggreſſus erat opus Praeceptor eius ſummus, feliciter continuavit et ad faſtigium evexit. Etenim quo magis ſibi cognitum habuit, Diaetam rite inſtitutam ad valetudinem tuendam maxime conferre, ita quoque id *Ipſi* cura fuit, ut, illius principiis rite cognitis, Medici juvenes ad officia ſua tute obeunda prodirent. Hinc *tertio quovis anno* curſum diaeteticum abſolvere conſueverat, idque methodo omnino nova egregie adeo fecit, ut de praecipuis Diaeteticis partibus Diſcipuli ejus, quae in Praelectionibus hauſerant dogmata ſub *Illius* praeſidio ſpeciminum Academicorum loco nobis tradiderint, hae autem Diſſertationes non ſolum doctrinae et rerum ubertate ſe commendarunt, ſed et ingenii ubique ſale conditae, ſemper noſtram ſibi conciliabunt attentionem.

Earum

Earum titulos heic afferre liceat, quo ex ipso fonte hauriantur asserta; in his autem primariae sunt: Aer habitabilis; Motus polychrestus; Respiratio diaetetica; de varietate ciborum; Culina mutata; Potus Theae; Coffeae; Chocolatae; de Pinguedine animali; Flora oeconomica; Plantae esculentae Patriae; Fundamenta valetudinis; de Acetariis; Spiritus frumenti; de Pane diaetetico; Diaeta acidularis; Macellum olitorium; Fructus esculenti; Inebriantia; Senium Salomoneum; de Medico sui ipsius; Diaeta per scalam aetatis humanae observanda; circa fervidorum et gelidorum usum paraenesis etc.

In quibus omnibus reformatorem saepe egit, scientiaeque illam conciliavit evidentiam, quam hactenus desideraverant omnes cordati Medici. Verum antequam haec omnia missa faciamus, speciatim illam Dissertationem nominandam censeo, cui titulus: *Nutrix noverca.* Convenerunt dudum inter se Medici de noxio nutricis mercenariae lacte, quorum sententiae etiam Philosophi accesserunt, inter quos nuperum Iean Iaques *Rousseau* nominasse sufficiat. Anno 1779 Facultas Medica Parisiensis hanc materiam ad ulteriorem dilucidationem proposuit praemio, quod reportavit Dom. *Landais* Dissertatione: *Sur les avantages de l' allaitement des enfans par leurs meres*, quam ob elegantissimum scribendi genus omnibus Medicis commendatum volumus; sed tantum abest, ut hunc auctorem, laudatissimum quamvis, *Linnaeo* de eadem materia differenti praeferamus, ut potius contendamus, principia, quibus Dom. *Landais* suam stabilire vult sententiam, minus inniti eruditione medica, pompa licet verborum quam maxime superbiat opus.

§. VI.

Quantacunque autem fuerit *Linnaei* opera in omnibus iis, quae sui officii erant et medicinae inserviebant illustrandae, in eo tamen quam maxime laudanda est, quod *totam funditus emendaverit Materiam Medicam*, cuius a *Dioscoridis* tempore usque ad Botanices reformationem, defectus

neminem, vel paullulum in medicina verſatum, fugere poteſt. Si enim agnoſcimus illam veritatem, *Regnum* ſcilicet *Vegetabile* et optima et plurima nobis praebere medicamenta, haec autem fere ſola *Therapiam* conſtituere, prono ſimul alveo fluit, *Horum* talem futuram cognitionem, quaquale fuerit illius ſcientiae fundamentum, unde aſſerta de illis hauriuntur; illo autem vacillante, ut per plura ſecula vacillaſſe novimus Botanices certitudinem, nec ullam dari *Materiae Medicae* certam rationem, hincque nec ullam Medicinae certitudinem. Verum ut noſtra aſſertio magis indubitata evadat, exemplis ex Hiſtoria litteraria Medicinae breviter allatis, illam colluſtrare lubet.

Dioſcorides omnesque eius aſſeclae ſola experientia ſuffulti, dogmata ſua, quo potuerint modo, explicarunt, nullam a priori rationem noſcentes, quam pro illis ſtabiliendis adducere poſſent; horumque nomine *Empiricorum* meminit vetuſtas. Hos excepit gens breviori ſe credens inceſſuram tramite quaeque in aſtrorum influxu et plantarum cum certis conſtellationibus congruentia ſeſe inveniſſe vires plantarum haud dubitavit, indeque *Aſtrologi* fuerunt vocati. Hos ſecuti ſunt *Signatores*, qui ex *habitu* et *colore* floris, facieque externa cujuscunque plantae, ad vires illarum in corpus humanum vanam omnino deduxerunt concluſionem. Surrexerunt tandem *Chemici*, qui ad artis ſuae rigidiſſimas regulas omnia examinanda voluerunt, putantes, ſe conſtitutiva plantarum principia reſolvere, extrahere et iterum componere poſſe, unde quoque, quibus adyta naturae paterent, ſe ſolos eſſe credebant. Illorum autem ſcientia, Medico licet non minus utilis, quam neceſſario omnino, Medicinae tamen in Medicamentorum viribus inveſtigandis, nunquam *qua talis* inſervivit; heic enim adeo nihil valet, ut bis mille analyſes plantarum, *Pariſiis* factae, ſat demonſtrarint, *illam plurima elaborare poſſe, ſed nulla detegere medicamenta.*

Cadente ſic Chemicorum theoria, Botanici noviſſime in ſcenam prodierunt, qui, quoniam aſſerta ſua Syſtemati natu-

naturali ſuperſtruere ſunt adniſi; propoſitum etiam finem facilius tandem ſunt aſſecuti. Horum in numero plures habuimus, qui ex principiis Botanicis, plantarum vires eruere inceperunt. Aſt illorum conamina, quo certioribus principiis fuerunt innixa, eo certiores etiam feciſſe progreſſus facile conſtat; unde quoque prona eſt concluſio, quod, illis inſufficienti ratione ſtabilitis, totum quoque corrueret ſyſtema, id quod de pluribus valet, unico excepto *Linnaeo*, cui ſoli opus tantae indaginis condere fuit reſervatum. Tenebris enim Hiſtoriae Naturalis ab *Ipſo* diſcuſſis, prodiit *Botanica* iis ſuffulta principiis, ut nulli ſcientiae nec major certitudo, nec utilitas evidentior ſit, ſi vel nullam aliam allegare poſſemus, quam, quod baſin et fundamentum conſtituat *Materiae Medicae*, unde aegrotantibus tota ſalus.

§. VII.

Medicamentorum nomine veniunt illa ipſa inſtrumenta, quibus medicus in debellandis et curandis morbis utitur, ſuntque haec vel *ſimplicia* vel *compoſita*. Illa ex tribus regnis Naturae colliguntur, *haec* autem ex collectis conficiuntur & commiſcentur, prout cujusvis fuerit ingenii captus. Materiae Medicae illum dicimus ſtatorem conſummatiſſimum, qui ſedulus colligit ſimplicia, ea ad certa principia exponit et dignoſcere ſufficienter docet, dignotorumque uſum methodo ſcientifica nobis communicat, et tandem, qui de ignotorum et novorum cognitione acquirenda ſcite nos inſtruit. *Linnaeum* primum ſe talem praebuiſſe Materiae Medicae ſcriptorem, plurimis argumentis demonſtratum ibimus, in quem finem Materiam Medicam, ab *Ipſo* conſcriptam, examini ſubjicere liceat, quae typis impreſſa prodiit Upſaliae 1749. Meum vero qualecunque judicium antequam afferre auſim, audiamus Illuſtriſſimi *Halleri* ſententiam, qui illam commodiſſimum praelectionibus *Compendium* vocat, quodque *inter optima ſit Auctoris* dicit. Plures omnino habuimus Materiae Medicae ſcriptores, quorum quaedam opera in majora congeſta volumina, alia iterum in formam compendiorum fue-

runt digeſta. Huius generis eſt *Materia Medica* Illuſtriſſimi Linnaei, quam lectionibus ſuis deſtinavit.

Aſt ſic licet opus hoc compendii nomine inſignitum, plura tamen continet, quam quae antea ullum comprehenderat tale opus; nam omnia, quae fundamentum cognitionis cujusvis plantae officinalis conſtituunt, ab *Ipſo* ſunt allata et octo propemodum lineis abſoluta, ſcilicet.

1. *Nomen*, quo quaevis planta officinalis Botanicis eſt nota, adeo ut ad genus et ſpeciem relata optime jam nobis innoteſcat.

2. *Synonymum* expoſuit, quo veteribus nominabatur.

3. Notitiam dedit *Loci*, utrum ab exteris afferenda an in noſtro climate proveniat, an culta vel ſua ſponte, an nua vel perennis, creſcat.

4. *Nomen* addidit *Pharmaceuticum*, et quae praeſertim partes in uſu ſint, docuit.

5. *Qualitatum* cognitionem dedit, ſi *ſapida* fuerit; quo *ſapore* ſuam exſerat vim, ſi odor *gratus*, *ſuaveolens* &c.

6. *Vires*, *) exactiſſimus deſcripſit.

7. Praecipuos attulit *Morbos*; ubi ſpecifico modo agit; et tandem

8. *Compoſitum*, ſi ejusmodi memoratu dignum fuiſſet.

Tale eſt opus, quod immortalis *Haller* tanta dignum cenſuit laude, et de quo celebr. *Vicq' d' Azyr* minus favens judicium ferre ſuſtinet. Atqui cujusnam horum teſtimonium praeferatur, judices ſint Materiae Medicae ſcriptores, quo-

run

*) Quae noſtris temporibus adeo celebrata fuerunt *remedia ſpecifica*, in ſcriptis ſuis *Linnaeus* dudum pro talibus etiam cognita affert, quorum nominare liceat *Radicem Filicis maris*, qua ut arcanum remedium in *Taenia* debellanda magno pretio Gallorum Rege fuit emta, et *Geum urbanum*; cujus in febribus intermittentibus uſum, ut novum detectum, propoſui Dom. *Buchave*, Danus; quarum de *hac* tamen in *Materia Medica*, de illa in *Flora Suecica* mentio eſt facta.

rum nuperrimi et egregii Profeſſores, Domini *Bergius* et *Andr. Murray* confitentur, *Linnaeum praeceptorem et ſtatorem* facis ipſis praetuliſſe. Ne praetereamus Nobiliſſ. Dominum *Schreber*, qui novam novit procuravit Materiae Medicae *Linnaei* editionem, maxime adauctam, adeo ut, non quae *Ipſe* ſolum obſervaverat poſt impreſſam primam editionem, ſed etiam, quae alii detexerunt *Illo* demortuo, in hac ſecunda *Schreberi* editione fuerint annotata. Verum quidem eſt, nonnullos Linnaeo imputaviſſe, Materiam Medicam inſufficienti ratione fuiſſe traditam, eo quod illam de *Regno Minerali*, ut et illam de *Animali* collectam omiſiſſet. Hos autem delegatos volumus ad Diſſertationes ſub *Linnaei* praeſidio de his habitas, quarum *hujus* auctor fuit b. def. nobiliſſ. Reg. Colleg. Med. Aſſeſſor *Lindhult* et *illius* Dom. *Sidrén*, Prof. Upſalienſium celeberrimus. Cetera autem, quae de Linnaeo, ut Materiae Medicae ſtatore, dici queant, brevibus his complecti liceat Corollariis.

I.

Simplicium exactiſſimam dedit cognitionem, & quoad principia Botanica et vires, quae hactenus omnino inter deſiderata Materiae Medicae erant. Etenim vires a fructificatione deſumere docuit, habito ſimul reſpectu *Saporis*, *Odoris*, *Coloris et Loci*, (Vid. Philoſophiam Botanicam) quo ſimul novam omnino tradidit Theoriam, ſcilicet: *Plantas, quae genere conveniunt, virtute etiam convenire; quae ordine naturali continentur, etiam virtute propius accedere, quae claſſe naturali congruunt, etiam viribus quodammodo congruere;* quibus omnibus expoſitis, Medicis Botanicis illam conciliavit facilitatem, ut, ubicunque terrarum jam fuerint conſtituti, de ſimplicium natura et indole certiſſime iudicent; hinc eſt, quod ſi illis offerretur planta hactenus ignota, modo unius alteriusve plantae ejusdem *Generis*, *Ordinis* vel *Claſſis* ſibi antea notas habuerint vires, illam in hocce vel illo morbo efficacem futuram affirmare non dubitent. Olim ex ignoratione *Claſſium Naturalium* varia exſtite-

ſtiterunt incommoda, adeo ut *Mercurialis* intrinſecus adhibita fuerit, cuius ſolummodo uſus externus eſt, *Heracleum* inter emollientia receptum, quamvis inter *Umbellatas* fruſtra hanc virtutem quaeramus. Ad hoc etiam principium plures detectas habemus, quarum numeroſam cohortem heic ſiſtere poſſem, ſed exempli ſolum loco *Caſſiae* genus afferre liceat, in quo, ob vim purgantem, *Sennae* adeo inter Medicos involuit uſus, ut omnem fere impleat indicationem unde etiam pretio emitur ſaepe nimis magno, id quod Medicis Botanicis anſam dedit, novas ex eodem genere ſpecies experientiae ſubjiciendi, quum *ſpecies ejusdem generis in primis virtute conveniant*; Sic *Caſſia Liguſtrina* et *Chamaecriſta* ut purgantes fuerunt detectae. Horum autem omnium fundamentorum in eruendis plantarum viribus, ſi quis optime gnarus eſſe cupiat, Diſſertationes: *De viribus Plantarum; Sapore Medicamentorum; Odore Medicamentorum Medicamentis Graveolentibus* &c., ab Illuſtr. *Linnaeo* editus, ſibi normam ſumat, in quibus ſufficienti Theoria omnia haec tradita ſunt ſubſidia, quae tanta omnino ſunt, ut Auctorem unius eiusmodi operis plus Medicinae praeſtitiſſe conſtet, quam forſitan praeſtiterunt olim conjuncti, quotquot fuerint, Materiae Medicae ſcriptores.

II.

Dudum nota et uſitata propius determinare et ad ſpecies referre docuit; ut enim Species morborum exacte eſſe determinandas quam maxime inculcavit, ita quoque *Speciem cujuscunque plantae officinalis* diſtinctiſſime eſſe deſcribendam voluit, quo, cognito morbo, medicamenti ſimul haberetur cognitio ſolidiſſima, quod fundamentum conſtituit omnis ſanioris Medicinae. Huc uſque tantam, non inter Materiae Medicae ſcriptores ſolum, diſſentionem, ſed et Pharmocopalarum ignorantiam animadverterat tantam, ut opus hoc, ſi quid unquam, utiliſſimum judicaverit, et ſpecies rite deſcribendas et determinandas in ſe ſuſceperit, ne ulterius incerti eſſent Medici de indole et natura ſimplicium, ut-

qu

que rite noſcerent diſtinguere plantas. Quod ajunt, *quid pro quo* ſubſtituere, de Pharmacopolis noſtris diu multumque valuit, quod eos Botanices ignaros prorſus fuiſſe demonſtrat; at ex hac ipſa ignorantia quanta fuerint omni tempore mala, nullus ignorat. Sic *Linnaeus* ipſe obſervavit, *Hypochaeridem maculatam* pro *Arnica* fuiſſe ſubſtitutam, *Centauream ſcabioſam* pro vera *Scabioſa*, et radicem *Hermodactyli* cum *Colchici* vel *Iridis* cujusdam radice fuiſſe commutatam. Unde facilis eſt concluſio, optima remedia in deſuetudinem abire, eo ipſo, quod ſubſtitutis aliis minus efficacibus, promiſſo effectu fruſtratus Medicus, culpam in medicamentum referat, quam in Pharmacopolarum referre debuerat. Sic etiam de *Ipecacuanha* diu multumque fuit diſceptatum, nunc enim ad *Loniceras*, nunc ad *Violas* fuit revocata, donec tandem nuperrime conſtiterit, illam *Pſychotriae* eſſe ſpeciem, id quod in reliquas ſpecies hujus generis inquirendi magnum erit incitamentum. Praeterea, quum unius hominis non fuerit opus, omnia ea rite determinare, quae ignota erant, dum primus tenebras diſcutere inciperet *Linnaeus*, *Catalogum ignotorum* nobis reliquit, ut, quibus in poſterum contingeret Materiam Medicam tradere, hunc ante oculos haberent; cui vero placuerit melius ad hanc plantarum, quoad ſpecies ignotarum, enumerationem attendere, conſtabit maximam partem ante *Linnaei* obitum dudum fuiſſe detectam, tanta enim fuit et *Linnaeorum* et *Illorum* Diſcipulorum *) opera ſedula. In his vero merito numerandus eſt Cel. Noſter *Bergius*, Hiſt. Nat. et Pharmac. Prof. longe digniſſimus; nam Hic ille eſt, qui exactiſſime tales adhibuit in opere ſuo egregio ſpecierum determinationes, id quod praeter alia multa Materiam Ejus Medicam nobilitat.

§. III.

*) Celeberrimus Prof. *Thunberg* Rei Medicae in hoc genere utiliſſimum ſeſe praeſtitit et laudatiſſimum.

§. III.

Nova Indigena introduxit *) *vel frequentius usurpari docuit, quo simul Medicinam Domesticam per Sueciae regiones usitatam breviter exposuit, et loca natalia Plantarum apud nos indicavit.* De indigenarum plantarum usu ante *Linnaeum* nullus fere recentiorum cogitaverat, vel si cogitatum fuisset, ob defectus in plantarum descriptionibus et virium genuina determinatione, omnem harum cognitionem et usum in desuetudinem tandem abiturum constat. Hinc opus illud aureum, *Floram Suecicam* loquor, conscripsit: cuius novam editionem dolemus omnes *Linnaeum filium*, ad unguem licet a se rite perductam, locupletissimam et ut typis mandaretur paratam, nobis qui communicaret, non supervixisse. Heic enim Gazam invenimus ditissimam rerum indigenarum non minus usus *oeconomici*, quam *medici;* talem enim se heic praebuit Auctor, ut coronam civicam merito apud Romanos reportasset, nunc autem memoriam perennem et nostram admirationem, Ipsi post fata superstitem. Nam praeterquam quod medicamenta indigena non possint non pretio constare multo minori exoticis, eo ipso etiam a nobis praeferri merentur, quod sibi semper possint haberi similia, id est bene dignota et optime collecta; quid? quod indigenorum habeamus plura **), quae virtute exoticorum plantas longe antecellunt; qualem non dubitamus afferre *Dulcamaram*, cujus jam per spatium 40 annorum in patria nostra multum invaluit usus, idque in summum aegrotantium

*) Ad hanc methodum alii quoque operam suam conferre voluerunt, inter quos Cel. *König*, Danus, Dissertationem de Remediorum indigenorum ad morbos cuivis regioni endemicos expugnandos efficacia, edidit Hafniae 1773.

**) Hinc quam iniqua sunt verba Domini *Vicq' d' Azyr* constat ubi dicit: „Quoique il a fait des louables efforts pour substituer des plantes indigenes aux etrangers, nous ne pouvons dissimuler, que cette production est peu digne de son auteur

tium emolumentum. Specifica enim virtute omnino commendabilis in *Rheumatiſmo*, *Arthritide*, *Scorbuto*, *Ulceribus malignis*. Pari modo nos etiam plura docuit medicamenta indigena, e. gr. *Ledum paluſtre*, *) quod nullam fere patitur comparationem; ut praetereamus plurima alia, quorum tamen exactiſſimam nobis dedit cognitionem in Diſſertationibus, quarum tituli: *Arboretum Suecicum; Frutetum Suecicum; Flora Alpina; Fraga veſca; Menthae uſus; Euphorbia; Hypericum; Dulcamara;* de Ledo *paluſtri; Purgantia indigena* &c. nec non in *Itineribus* ſuis per *Scaniam*, *Veſtrogothiam*, *Oelandiam* & *Gothlandiam*.

IV.

Exotica, quae uſus medici ſunt, vel detexit vel determinavit, ut nobis jam conſtet, vel quibus in caſibus omnem impleant indicationem, vel quibus etiam excipiantur aptis ſuccedaneis, in quorum inveſtigationem quam maxime erat intentus. Diſſertationes ejus afferre liceat, optime comprobantes hocce corollarium, ſcilicet illas, quae inſcribuntur: Ficus; de Cortice Peruviano; Radix ſenega; Specifica Canadenſium; Spigelia Anthelmia; de Maro; Rhabarbarum; Lignum Quaſſiae; Medicamenta purgantia; Plantae officinales; Opium; Opobalſamum declaratum; Lignum colubrinum; Fungus melitenſis; Viola ipecacuanha; Plantae rariores Camtſchatcenſes etc. ubi ſumma ope in id niſus eſt, ut lux late et diffuſe ſpargeretur.

V.

Simplicium, quoad multitudinem nimiam et uſum rariorem, rigidiſſimam inſtituit cenſuram, id quod praecipue *Diſſertatione*, ſub hoc titulo edita, ad unguem exegit, addita adhuc alia, *Obſervationes* in Materiam Medicam ſiſtente; tantam enim in Pharmaceuticorum officinis inutilem videbat

*) Celeb. Aſſeſſor Odhelius et Medicus Provinc. *Björnlund* egregia huius plantae ceperunt experimenta. Vid. Kongl. Vetenſk. Acad. Handlingar.

debat farraginem, confusioni magis quam utilitati inservientem, ut sua mole ruerent omnino haec ignorantiae et vetustatis documenta. Hac admonitione factum quoque est, ut in tertia illa editione Pharmacopaeae Suecicae, quam adornandam jam curat Reg. Colleg. Medicum, omnia adeo funditus sint deleta, quae *Linnaeus* olim exulare jusserat, ut soli flores *Verbasci* et *Primulae veris* restent, ex iis autem, quae introducenda proposuerat, omnia fere civitate donata sint.

VI.

In Venenatorium *) *inquisivit usum, et dosin sensim determinare docuit.* Veneni nomine communi definitione illud venit, quod, exigua licet copia, vel in corpus receptum vel corpori applicatum, ad vitae actiones aut omnino impediendas, aut funditus delendas sufficit. Nullum autem dari tale venenum, nisi a dosi, eo certius inculcavit, quo verius sibi perspectum habuit, nullum neque dari remedium heroicum, nisi a venenatorum classe; unde etiam intensius studuit, ut metum demeret Medicis injustum, ab antiquitate relictum, illisque animum adderet ad cautum omnino, sed frequentiorem horum usum. Ejusmodi autem remedia, ubi fuerint adhibita, cum grano salis porrigere docuit; nam ut vim suam plerumque exserunt in *Systema nervosum*, ita quoque a minima incipiendo, dosis sensim est augenda, prout tulerint res circumstantes. Horum exempli loco Dissertationem de *Planta Cimifuga* allegare sufficiat.

VII.

Culturam plantarum medicinalium ad unguem perduxit, quae adeo ad statum rei medicae perfectiorem reddendum pertinet, ut in ea versetur cardo totius scientiae Oeconomiae medicae. Qui autem haec omnia rite noscere desiderat

*) De venenis e regno vegetabili collectis heic inprimis sermo est; venena enim e Regno lapideo corrigi vix posse contendebat.

ſiderat, perlegat Diſſertationes illius, quae inſcribuntur *Hortus Upſalienſis & Horticultura Academica.* Ex his ſubſidiis *Reg. Collegium Medicum*, cujus officii eſt ſic agere, ut ſtatus rei medicae per Patriam noſtram, quam maxime fieri poſſit, emendetur et floreat, optima quaeque in uſum Patriae vertere voluit. Qui enim jam videret veteres hortos Pharmacopolarum per omnes Succiae provincias, boreales etiam, inſtructos, unde maxima fere pars ſimplicium ipſis provenit, Patriae noſtrae clima mutatum fuiſſe, facile ſibi perſuaderet. Celeb. Prof. *Bergius*, qui multiplici adeo nomine ſeſe Medicinae utiliſſimum praebuit, *Linnaeum* preſſo pede ſequutus, culturam *Rhei Palmati* in horto ſuo feliciter inſtituit, de cujus proventu illa nobis eſt Rhei collectio, ut Medici noſtrates rariſſime aliud praeſcribant ignotis, quam quod e ſolo Suecico provenerit. *)

VIII.

Modum colligendi & methodum exhibendi medicamenta propoſuit. Etenim, ut quam maxime differunt plantae, dum primo vere vel ſero proveniunt autumno, ita quoque earum collectio ſcite eſt inſtituenda. Nam ſi *Radix Cariophyllatae* foliis jam detruſis ſumitur, tota vi aromatica deſtituitur, qua ſola effectum prodit. *Radix Rhei* decennis eſſe debet, antequam in officinas Pharmaceuticas introducatur. *Hyperici flores* legendi priusquam ſeſe omnino explicuerint, ut et *folia Ribis nigrae*, dum prima explicationis ſigna produnt. Eadem etiam requiritur exacta cognitio circa methodum exhibendi, ne planta ſicca pro viridi ſubſtituatur; ſic enim *Gratiola* recens purgans eſt efficaciſſimum, quae antiqua iners omnino eſt; hinc quoque omnes plantae *Tetradynamiae*, quarum uſus ſpecificus in ſcorbuticis morbis, recentes haberi debent; ne de *Papavere* dicam, cuius lacryma lethaeum perfundit ſomnum, dum ſemina veſca ſunt.

IX.

*) Vid. Decretum Reg. Collegii Medici, 1783.

IX.

Medicamentorum compoſitorum uſum reſtrinxit. Nel cio equidem, utrum Medicinae plus nocuerint medicamen ta compoſita, an ſimplicium notitia confuſa. Verum tamen eſt, compoſitorum uſum, ſi de indagandis viribus medica mentorum agitur, ſemper et ubique fallere magiſtrum; nam *qui poteſt mederi ſimplicibus, fruſtra et doloſe quaerit com poſita*, dixit *Villanovanus*. In compoſitis de cetero medi camentis non poteſt Medicus, quin, dum plurima adhibet contraria contrariis commiſceat, id quod ignorantiam pro dit. Qui enim ad hanc regulam huius etiam ſeculi celeber rimorum Medicorum opera examini ſubjicit, inveniet, ip ſum *de Gorter* et plures, qui medicamentis compoſitis val de addicti fuerunt, peccaſſe, id quod noſtro, quo jam vivi tur tempore ſedulo obſervant & ſimpliciſſima quaeque adhi bent medicamina, qui Medici fuerint noſtratium et in ſcho la *Linnaei* edocti. Hic enim Praeceptor ſummus, ſuperva canea raro dicens, multus tamen in hac re fuit, et non ſa tis ſe dicere poſſe exiſtimavit.

Sed ſufficiant haec, quae de *Linnaeo* ſunt allata; nam dies mihi citius deficeret, quam de *Eo* dicendi materies. Ad plures abiit et *Filius* in ſcientia a *Patre* ſecundus; Fle bile eheu! *Et quando vel pares invenient ſecula ullos?*

TANTVM.